Conspiro pe.pro. simul spiro sicut cõsilo proprie sumit. Gel. li. i. Sed. n. acheos homerus pugnaz in dipsci aut: non fidicularum tibiarumq; concentu conspirataz. Col. li. viii. Cælestes admittat imbres eosq; alèdis seminibus dispẽset: ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouaz cõspiret. Per translationem conspirare sumitur pro cõiurare. Vnde conspiratio quæ & in bonum & in malum capitur. In bonum Cic. pro ligario iratum conspirationem dixit quasi unanimitatem Idem li. iii. offici. Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atq; cõsensu. Et pro domo sua. Hanc nostram conspirationem in repu. bene gerenda certi homines fictis sermonibus diremerunt. Ply. in epistolis. Proinde cõspirate cõsentite: maiorẽq; animuz ex meo sumite. Col. li. xii. Nihil quod aut maritus aut fœmina propium esse iuris sui diceret: sed in cõmune conspiratur ab utroq; in malum.

Conspondeo es. Quære in dictione spondeo.

Consterno as. aui atuz. significat deicio. Sal. Qua uictoria elati hostes: nostri territi atq; animis cõsternati discessere. Idem. Equi sine rectoribus ex terrin aut saucii consternantur. Inde consternatõ quæ est concitatio quædaz subita ex aliquo metu. Et a sternutamento deduci uidetur: q eo toto Coconcutimur corpore.

nsterno is. constraui & consternui diuersum este & significat impico. Virgi. Et stridor & aste consternunt terram concusso stipite frondes. Et consternere ẽ silicare & pauimẽtũ supra sacere. Col. li. i. Area si competit ita constituenda est: ut uel a domino uel cerre a procuratore despici possit: eaq; optima est silice constrata q & celerrime frumenta deterunt non cedente solo pulsibus unguiarum tribuiatum & eadem cuentillata mundi ora iunt: lapillisq; carent & glebulis.

Constituo disponо. Vir. Qui teneant nam inculta uidet homines ne sertne quærere constituit. Locum sine tempus determino. Ci. Mano. quare si quid constitutum cum podagra habes: sac ut in alium differas diem. quandoq; significat conue

nio & pactum facio. Ter. in Ecy. Nã costituí cũ quodam hospite me esse illũ conuenturam. quã doq; formo & quasi bonam dispositionem infã do. Vnde Cice. li. ii. Tuscu. Metrodorus eũ perfecte putat beatum cui corpus bene constitutum sit & exploratũ edita semper fore, i quod medici recentiores barbare dicunt bene complexionatũ Et constitutio corporis dicitur ipsa complexio. Constitutio etiam quandoq; dicitur status quæ in causis potẽtissima esticũ sit prima causarũ cõflictio. Vide in dictione Status. Aliquando cõstituere ẽ gubernare moderati. Cice. Ineuntis .n. ætatis insitia senum constituenda & regenda est prudentia. Interdum Instituere decernere a quo constitutiones decreta dicuntur. Nonnunq; pare re. Cice. Tametsi erat ignarus quantuz sibi ac liberis suis iam tum mali cui constitueretur.

Constitutus a,um. participium. Constitutus us. nomen: quo hominum cosistentium multitudo significatur.

Consto as. constiti constitum & constatum. Luca. lib. ii. Constatura fides superum. Marti. Constatura sunt megalensis purpura centum. Est autem constare constanter permanere perseuerare tatum habere. Cice. Qui in sententia si constare uoluit sententiam auctoriratem cum salute recuperassent Idem lib. i. Tus. Et si tibi quidẽ constare uis omnes quicunq; nati sunt eruntue non solum miseri sed etiam semper miseri. Hoc est si hanc sentẽtiam q; mors malum sit firmam ratamq; habere uis. Dicimus etiam constat pedibus i constat animo, p firmat. Virgi. Et paribus cyllenius alis cõstitit. Interdum constare ualere i & passiue sumit pro empto aut uændito. Ply. lib. xxxiii. Er omnibus pene annis mutari pro ut nauigationes constiterint aut ut quisq; mercatus fuerant aliqs præuaiens manceps annonam flagellet. Cice. Quã mihi constat charius q; si in foro emissem. Interdũ stare consistere. Idem li. i. Tus. Animus qui si est horuz quattuor generum unde omnia constare dicuntur. Interdum compositum esse. Idem ut hæc elementa ex quibus omnia constant. Interdum simul stare. Sisen. li. iiii. histo. Multitudinem procul hostium constare uiderunt. Interduz suppeditare. Iuue. Quis ferat cui constent omnia In tertia persona sumitur pro manifestuz est. Ci. lib. ii. ad Cæsa. iuniorez. Cuz constet Iupercis id nectigal dedisse q ante poterat id constare. Rursus pro cõuenit: ut dicitur esser dacordioi ut hoc mihi tecum constat. i. conuenio tecum in hoc & assentior tibi. Ci. li. i. ad Heren. Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. Rationẽ constare significat æquaz legitimamq; rationem aut ostendi aut apparere ostendi posse. Vlp. Planesi defendẽdi gracia aliquid fecerit rationem ei constare oportet. i. rationem cõ instam aut ostendere aut facile posse ostẽdere. A Consto q̃tum ad primam significationẽ fit constans pro eo q̃ qui firmus est & tenax ppositi: a quo constantia & constanter quibus contraria sunt inconstans: inconstantia & inconstanter Vnde Cic. li. iii. ad Heren. Incõstanti gestu testimonioz Icõstauriã & incõstater locutũ eẽ dixit.

Construere simul struere ordinare fabricare. Cice. in Cato. Vt nauẽ aut ædificiũ idem destruit facillime qui construxit: sic hominem eadem optime quem conglutinauit natura dissoluit.

Consuesco is. cui. & consuetus sum. etum. in bono & in malo dicitur. In bono cum familiaritatem & conuersationem quempiam cum aliquo habere significat: ut sit consuescere simul suescere. i. simul conuersari. Plau. in Ait. Bene salutando cõsuescãt cõpellando blãditer. Ter. in Adel. Quid illi tandem credis fore animi miseroi qui cum illa consuerit. i. conuersatus est. In malo cuz de re uenerea dicitur. Idem in Phor. Cum eius consuetudine olim matre in Lemno clanculum. i. comit. Similiter consuetudo de familiaritate: & de re uenerea dicitur: ut apud eundem in Phor. Duz expecto quem ita mox uenias qui hanc mihi adimat consuetudinem. Et consuescere est pigliar in usanza. Col. li. ii. Iamentis præbeas medicam: sed inter initia partius dum consuescant ne nouitas pabuli nocear. Item consuescere ẽ uinere. Col. li. xi. Nec magis humo q̃ stagno consuescunt.

Consuo is. simul suo compono coniungo. Plau. in Am. Aduenisti audaciæ columẽ consutis dolis: immo equidez tunicis consutis huc aduenio nõ dolis.

Cõsumo is. pe. pro. in nihilũ redigo. Solinus. Sũt etiam in lycia saxa quæ uiuentium quoq; corpora adalligata consumunt.

Consummo as. per duplex mm summam simul capio. Lact. li. vii. Quoniam nec rationẽ totius mystem magni cõsumauerat: in unumq; collegerat: nec summum bonum comprenderat. Col. lib. ii. Hac consumatione operum colligitur posse agri ducentorum iugerum subigi duobus iugis bouz totidem bubulcis. Et consumare est perficere q̃ quæ perfecta sunt: omnia sibi sumpsisse uideant Lactan. li. vii. Mundum deus & hoc rerum naturæ admirabile opus sex dierum spatio consumauit. Vnde & consumatus homo perfectus dicit. Mat. Quod magni trasex consumatiq; catonis. Col. Nullus est consumatæ sapientiæ.

Contagiũ & contagio: & cõtages pe. p. morbus q̃ ex cõtactu cõtrahit: fit ex con & tago is. quod ẽ rãgo. Vir. Dira per incautum serpant contagia uulgus. Iuue. Creuce polluces dedit hanc contagio labem. Lucre. li. iiii. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contamino as. pe. cor. ex con & tamino. Et est p prie contaminare secundum Donatũ cum res rei ita imiscetur ut neutra incorrupta maneat sed sit in utroq; corruptio. Sunt qui dicant Cõtamina re manibus lutulentis quicq̃ attingere ob hoc p fœdo et macuso poniur. Qua ratione Teren. Cõtaminare fabulas dixit. Ambr. proprie super Lucam. Hos sacerdos repudiatine alios quoq; cosr lepra contaminet. Liui. li. iiii. pro dedecoro potu

it. Contaminari ſanguine ſuũ patres: confundiq; iura gentium rebantur: quod plebs ægerrime ferens: nobiliratem arguebat eodẽ loco dicens. An eſſe ulla maior aut inſignior contumelia poteſt: q̃ partẽ ciuitatis uelut contaminatam indignam connubio haberi. A contaminatus fit compoſitũ incontaminatus de quo ibi. Quas q̃taſq; res. C. camuleium aggreſſum colluuionem gentiũ perturbationem auſpiciorum publicoꝝ: priuatorũq; afferre ne quid incontaminari ſit. Sũr & attamino & intamino: quæ ſunt contraria. De primo Ambr. li. i. offi. Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne guſtaueritis: quæ ſunt omnia ad corrupte lam ipſo uſu. De ſecundo. Hora. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ intaminatis fulget honoribus .i. incorruptis & indiminutis.

Contemno is. pſi. tum. ſperno uilipẽdo. Et minus eſt q̃ deſpicio. Ci. in Ver. acti. iii. Quemq; cõtẽp ſerit deſpexerit liberũ eſſe dixerit unq̃. Compo nitur. n. ex con ualde & temno reiicio. Hinc con temptus us. deſpectio.

Contempto as. frequentatiuum. Plau. Mirari noli neq; me contemptarier.

Contemplor aris. a templo dicitur. l. a loco qui ab omni parte aſpici poteſt: uel ex quo omnis pars poteſt uideri: quez antiqui templũ nominabant Significatq; diligẽter intueori & cõſydero. Lact. li. vi. Vel ſi cœlestẽ lumen quod dicimus ſolem contemplari uelint. Ennius. Contempla & tẽplũ cereris ad leuam aſpice. Inuenitur & contempio as. Plau. in aſi. Hem meuz caput contempla ſiq dem ex re conſultas tua.

Contendo is. contra tendo quod eſt contra profici ſcor. Cæſar li. i. Ipſe de quarta uigilia eodem iti nere quo hoſtes ierant ad eos contendit. Et Cõtendere certare. Vir. li. iiii. Quis talia demẽs abnuat aut tecum maluit contendere bello. Item ſignificat contendendo: ſiue cũ conatu ac nixu pe tere ſeu aliquid aliud agere. Vnde contenta corpora dicimus: quæ omni nixu intenduntᵉ aduerſus labores: ut in arcu neruus. Ci. li. ii. Tuſ. Sunt quædam animi ſimilitudines cũ corpore ut onera contenta corporibus facilius ferũtur: remiſſis opprimunt. Ci. li. i. offi. Miſertima omnino ambitio honorumq; contentio. Eſt. n. contẽtio orõ acris ad confirmandum & confutandũ accõmodata. Vnde a Ply. dicta eſt in epiſtolis orario pugnax & contentioſa. Apud rhetores contẽtio dicitur exornatio ex contrariis uerbis concinnata. Quæ antitheton .i. contra poſitum dicitur ut illud pro Cluen. Vicit pudorem libido timorẽ audacia rõez amẽtia. Itẽ cõtinuare: ut li. iii. de ora. Nihil perniciosius q̃ ſine ltermiſſióe contentio. Item lte. Sal. in Iug. Ex prœlio fugit in proniciam: ac deinde Romam contendit. Itez Feſtinare. Vir. Quæ littora proxima curſu cõtendãt petere. Item aſtringere intorquere: ut li. iiii. Geor. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Itez comparare. Ci. li. i. ad Heren. Si noſtram cauſaz laudando extollemus & aduerſarioꝝ per contẽtionẽ deprimemus. Item extendere: ut apud eundem. Ex contẽtione uocis & ſummiſſione facile diiudicabimus. Item extorquere. Ci. Et extremi autẽ præceptum in beneficiis operaq; danda ne quid contra æquitatem contendas. Item lacere dirigere. Vir. Qui tũ aeriss telũ cõtẽdit in auras. Itẽ intẽdere. Ci. Magna eſt animi cõtẽtio adhibẽda. Idemq; fere eſt contentio & intentio cum uehementiam quandam ſignificant in uoce. Tracta ſimilitudine ab arcu ſeu cithara cuius nerui q̃to uehemẽtius intenduntur: tanto uehementioꝛẽ ſonum efficiunt.

Contineo es. pe. cor. cohibeo: ſeu me abſtineo: aut contra uoluntatẽ me retineo: ut cũ qnis ob pudorẽ domi ſe cõtinet: ſeu ob paupertatez interdicit ſibi acceſſum in publicũ. Ter. in Phor. Domi ſe continebat. Pro cohibere. Ambr. li. i. offi. Re uera iure ea fortitudo uocatur quando unuſquis ſe ipſum propter chriſtum uincit: ira3 continet nullis illecebris emollitur. Vnde continens pro abſtinẽte & integro. Cuius contrariuz ẽ incontinẽs Lact. li. iii. Da libidinoſum adultez ganeonem: iam ſobrium caſtum continentem uidebis. Et continere eſt intra ſe tenere. Sic dicimus urbem continere homines: & locum continere locatum. Item continere continuare .i. ſimul tenere. Vnde & continens dicitur continuatũ. Liu. Cõtinens imperium uſq; ad nos habebitis. Ci. li. ii. offi. Nec. n. ulla res uehementer rempu. continet q̃ fides: quæ eſſe nulla põt niſi crituicaria ſolutõ rez creditarum. Sne. in Cali. Per hunc pontez ultro citro cõmeanit biduo continenti .i. continuo Curtius. Omnia uelut continẽti incendio ardere uiſa. Ci. li. i. Tuſ. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire maio. Idez li. ii. offi. Continere pro ſimul tenere poſuit & quaſi inuitum tenere cum inquit. Nec ulla res uehementer rempu. continet q̃ fides.

Continẽs participium ea poteſt ſignificare quæ cõtineo. Continens fœmini. gẽris ſumitur pro terra quæ non eſt inſula: quam uulgo terraz firmã appellant qualis eſt Italia: ut ex ſicilia ad continẽtem paꝛ intercapedinis eſt. Nam inſula eſt quæ mari circundatur: ut ſicilia ſardinia Iſthmos itanndiq; mari cingitur: ut tamẽ in aliqua parte cõtinenti iungatur. Scribit Vlp. Continentes prouincias accipi debere eas quæ italiæ coniunctæ ſunt: utputa Galliaz. Continẽs neu. generis a theoribus accipitur pro firmamento rationis.

Continentia fit a continens: de qua Cic. li. ii. offi. Sed ualitudo ſuſtentatur notitia ſui corporis & obſeruatione eaꝛ rez quæ aut prodeſſe ſoleant: aut obeſſe. Et cõtinẽtia I omni uictu: omniq; cultu corporis tuẽdi cauſa: & in prætermittẽdis uoluptatibus. Eius contraria eſt incontinẽtia.

Continẽter aduerbiũ modo ſignificat parce. Plau. Quismq̃ illũ pater arcte & cõtinenter haber. Mõ coniũcte iugiterq;. Idem. Trium dierum ſitiz cõtinenter tulit. Cæſar. Belgæ cum germanis bellũ continenter gerunt.

Contentus a.um.cum eſt participium a Contineo paſſiuæ ſignificationis eſt:nõ actiuæ ſicut puta uit Valla quoniam abiatiuũ habet:ut is accipiat qui continet ab eo quod animo ſuo ſatiſfaciti ſi ue ẽt a ſe ipſo cõtineat. Nõ.n.ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtẽtor alicuius rei eſt:ita cõtentus accipit quoniam qui cõtẽtus eſt ab eo poſſeſſus eſt aquo:uel quo cõtentus ẽ:quia neceſſe eſt ut aliquid ſit a quo quis contineat:ut contẽtus dicatur:ut apud Ter.in Eu. Neq; tu uno cõtenta eras:neq; ſolus dedit. Quis hic exponat. Neq; tu unũ cõtinebas qui animo ſatiſſaceret tuo. Cõtinere.n.cohibere ẽ ſiue te:ſine aliũ ne quid fiat reprehenſione dignũ & ad uirtutẽ ferme ſemper pertinet. Hoc autẽ loco culpat meretrix nõ q ſe a libidine nõ contineret:ſed q uno nõ contenta erat.i.uno nõ cõtinebat:ut ab aliis abſtineret. Id etiam oſtendit per affirmationem. Plau.in Mer. Nam uxor cõtenta ẽ quæ bona ẽ uno uiro. Nec hic uxor bona cõtinet unũ uirũ:ſed ſe cõtinet: ſi ue cõtinetur uno uiro:aut ab uno uiro. Similiter Lactan.de ppũis loquẽs. Cõtẽti temporali cibo quẽ deus ſubminiſtraſſet.i.ſatiſſacti ut nihil amplius expeterẽt. Plau.in Mer. Immo dicamus ſenibus leges. Cẽſeo ptius habeamuſ quaſ leges teneant.contẽtiq; ſint.i.contineant:uel pacati:uel læti ſint. Quæ tamen omnia paſſiue ſumunt. Eſt etiam contentus participium a contendo.

Continuus a.nũ.quod eſt ſine intermallo a quo ſit aduerbium continue pro perſeuerantes aſſidue. Continuo nero ſignificat ſtatim.

Cõtinuo as.perſeuero perago. Apul. Scaphas aſcẽdere mari iter continuare.

Conteſtari litẽ dicunt duo aut plures aduerſarii q ordinato iudicio utraq; pars dicere ſolet. Teſtes eſtote.de hoc uerbo cõteſtor. Vide i dictõe teſtor

Conticeo es.pe.cor. Cõticere ẽ ſimul uel omnes tacere. Vir. Conticuere omnes. Hinc

Conticeſco is.quod ẽ cũ aliis tacitus fio. Ply.lib. xi. Tunc repente omnes conticeſcunt.

Conticiniũ noctis primũ tempus:quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt.

Contigno as. Vide in dictione tignus. Hinc contignatio quæ eſt ſolariũ domus ſiue ſtratũ ſit cœmẽto lateribuſue:ſiue non ſtratũ:qualia fere ſũt ſolaria domoꝝ i apulia. Eoq; pro miraculo apd Liuiũ inferũt bouẽ in tertiam contignationẽ conſcendiſſe. Ply. Seſquipedalis paries non plus q̃ unam contignationem tolerat. Eſt enim ſuperior & inferior contignatio.

Contingo is.cõtigi cõtactũ:idẽ quod tango. Col. li.i. Plurimiſq; & his anguſtiſ illuſtratũ feneſtris atq; a terra ſic editis ne manu contingi poſſint. Vir. Funẽq; manu contingere gaudẽt. Et in tertia perſona ſignificat aliquid per ſortẽ uenire in portionem. Hiero.ad Damaſum. Pater da mihi portionẽ ſubſtantiæ quæ mihi cõtingit. In Eun. autẽ ſcribit:quæ me cõtingit. Ponit & pro accidere ſiue euenire. Ci.li.v. Tuſ. Quod non modo ſingulis hominibus ſed potiſſimis philoſophis contigit. Impẽſonale nero cum infinito: ut contingit mihi eſſe felici uel felicẽ. Quandoq; abſolute:ut apud Ter. Hanc mihi expetiui:contigit: cõuenũt mores. Ex quo datur intelligi nõ ſemper ſeruari quod aiũt. Contingere eſſe de malis quæ ſumus uariti:obtingere de optatis. Accidere de inopinatis tam bonis q̃ malis.

Contus ſudes:ſiue haſta iõgior duriorq; ad percutiendũ apta. Vir. Aſſueti longo muros defendere conto. Vnde cõtatos milites Vegetius appellat. Accipit & pro pertica ferrũ in capite habẽte qua nautæ utunt ad loca nauibus oportuna explorãda:a quo percontor. Dona.deducit. Vir. Ipſe ratẽ cõto ſubigit. Et græcũ nomẽ oſtẽdit Suidas.

Contor aris. Vide in dictione cunctor.

Cõtortæ res dicunt perplexæ:& perturbatæ & ſibi ipſis minime cohærẽtes. Et contortũ dicit cũ id quod ſequit non cõuenit cũ ſuperiore. Cice.li.i. de ora. Contortas res & ſæpe difficiles neceſſario perdiſcimus.

Contra præpoſitio eſt:quæ & ſeparat & cõponit ſignificatq; aduerſũ: locũ uel perſonã deſignãs. Separata eſt apud Vir. Contra Neptunũ & Venerẽ:cõtraq; minerua. Cõponitur autem cũ dictionibus incipiẽticus a d ut Contradico e nt cõtraeo n nt;contranenio. Inueniturẽt cõtra aduerbii loco poſitũ ſignificans e regione:ſiue ex oppoſito.ut Stat contra ſtariq; iubet. Et cõtra elata mari reſpõdet cnoſia tellus. Plau.in Am. Hoſtes crebri cadũt:noſtri cõtra ingruũt. Aliquando poniť p niciſſim. Ter.in Adel. In eo me obſecto ſolum id eſt charum mihi ille ut item contra me habeat facio ſedulo.

Contradico. Ang.li.ii.ci.dei. Duꝝ quocunq; modo nſis diſputationibus contradicant.

Contraeo is.uado contra. Greg. Quia mundi huius poteſtatibus contraire non præſumerent niſi eos ſancti ſpiritus fortitudo ſolidaſſet.

Contraho is.colligo:& omnes in unũ congrego. Lac.li.iii. Pterea ne ad ſe multitudinẽ contrahat. Vir. Contrahimuſq; uiros. Quandoq; cõpono:cõfloro:ut æs alienũ contraxi. Quandoq; commito. Ci.ad Qu.frẽ. Ea moleſtiſſime homines ferre debent quæ ipſorum culpa contracta ſunt. Quandoq; Paciſcor:& conuentionẽ facio:ut ſit in emendis uendẽdiſq; mercibus. Idẽ li.iii.offi. Tollendũ eſt igitur ex rebus contrahẽdis omne mendaciũ. Et li.i. Nulla uitæ pars neq; publicis neq; priuatis.neq; forenſibus:neq; domeſticis i rebus neq; ſi tecũ agas qd neq; ſi cũ altero contrahas uacare officio poteſt.i.conferas:nel inuite agas. Inde contractus. Quandoq; conſtringo retraho:puta cũ metui contrahunt:& colligũtur rigore aut metu ita ut extẽdi nequeant. Vnde cõtractio. Idẽ li.i. Tuſ. Sed eo q in hoc eſt omnis animi cõtractio ex metu mortis. Et li.iiii. Animoſq; demittũt & contrahũt.ſ.timore. Quando q eõquiro. Lini.li.iiii. Bonaq; cõtracta precii regni mercandi publicarent. Ci.li.i.ad Hereni. A noſtra perſona benuolentiã contrahemus: ſi ne

ſtrũ officiũ ſine arrogãtia laudabimus. Cõtrahe re frontẽ eſt frõtẽ rugas inducere quod uernacula lingua dicimus arufare. Plau. in Am. Quid contraxiſtis frontem quia tragœdiam dixi hanc.

Contracto as. ſimul tracto frequẽtatiuũ a cõtraho. Lact. de opi. poſuit p cõprẽdo. Quæ a nobis lõgæ remotæ: neq; oculis contractari i neq; tangi manu ineq; percipi ſenſibus poſſunt.

Contraſto as. Vide in dictione Sto.

Contrauenio. Ci. li. i. Tuſ. Ego uero facile ſum paſſus ne in mentẽ mihi aliquid contraueniret: ita iſti faueo ſententiæ.

Controuerſus a. um. qnaſi aduerſus Gel. Argumẽta autẽ cẽſebat aut probabilia eſſe debere aut perſpicua & minime cõtrouerſa. Et cõtrouerſa res dicitur illa de qua eſt controuerſia.

Controuerſia eſt certaꝫ perſonaꝫ de re propria cõtentio. Ci. Elio procõſuli. Nullã omnino arbitramur ſde ea hæredicate cõtrouerſiam eũ hodie habiturum. Sine cõtrouerſia ſignificat ſine dubio. Idem lib. iii. offi. Panætius qui ſine controuerſia de officiis accuratiſſime diſputauit.

Controuerſioſus litigioſus. Liui. li. iii. Quem enim hoc priuatæ rei iudicẽ feciſſe ut ſine controuerſioſam adiudicaret rem.

Controuerſor aris. ex cõtra & uerſor per mutationẽ a in o. ſignificat contendo: uerbũ deponẽs ab actiuo uerſo factũ. Cice. in Protagora. Nũc a nobis o Protagora & Socrate poſtulo ut de iſto cõcedatis alt̃ alteri: & inter uos de huiuſmõi non cõtroueſemini.

Contuberniuꝫ uerbũ caſtrẽſe ſicut ſcribit li. ii. de re mili. Vege. uocabatur manipulus ab eo q cõtẽctis manibus pariter dimicabant. Et proprie decẽ milites ſub uno papilione degẽtes dicebaſ contubernũ: quibus præerat decanus q capnt erat cõtubernii. Vnde accipiſ pro cõuictu & ſoliditate. Inde cõtubernales uulgo ſodales dicuntur. Et cõtubernalitatẽ Cyprianus appellat ſodalitatẽ. Dictũ cõtuberniũ a tabernis. Tabernæ uero domus: quæ fiebant ex tabulis. Vnde & tabernacula dicta ſunt: licet ex tẽtoriis & pellibus fiant & contubernales dicti ſunt: q hiſdẽ tabernis utanſ. Col. li. i. Sed qualicũq; uilico cõtubernalis mulier aſſignata eſt: qnæ contineat eum.

Contumax pe. cor. qui per tumorẽ inobædiẽs eſt: q tribus ꝓpoſitis edictis uel uno p tribus quod uulgo peremptoriũ appellaſ: litteris euocato præſentiam ſui facere contẽnit. Hinc cõtumacia. Dicitur quandoq; ẽt in bonam partẽ. Cor. Tacitus Contumaꝫ etiaꝫ aduerſus tormẽta ſeruoꝝ fides ſupræmæ clarotum uiroꝝ neceſſitates.

Contumelia: connitiũ a contẽdo ſeu nt Vlp. & Seneca aiunt: a contẽptu. Contumelioſus qui contumeliam inferre ſolet.

Contũdo is. contudi. pe. indifferente contuſum ſignificat ſimul ſiue totum tũdo: frango cõminuo percutio. Hor. li. i. Epi. Speratum meritis duram qui contudit hydram. Inde contuſum confractũ Col. li. vii. Plus etiam eiuſdẽ radix cõtuſa ꝓdeſt

Conuallis planicies ex omni parte cõprenſa montibus collibuſq; dictaꝫ inquit Var. quaſi cauata uallis. Vallis uero ex duobus incluſa planities. Vel cõuallis dicit arcta uallis & quaſi coniuncta q̃les ſunt quas metaphorice fauces appellamus Vñ cõuallis appellaſ ſciſcio terræ manufacta ad deducẽdam aquam. Ply. Flumina ad lauandam hanc materiã iugis montiũ duxere. Corrogos uocant a corriuatione præcepiſſe libramẽto oportet ut ſtuans quando influat. Itaq; altiſſimis partibus duciſ cõuallis & intetualla ſubſtructis canalibus iungiſ.

Conuaſo as. pe. pro. ſignificat furto omnia colligo Ter. in phor. Aliqd cõuaſem atq; hinc me protinus coniicerem in pedes.

Conuenire ſimul uenire congregari colre. Liui. Poſtera die: arma capiũt: quo miſſi erant cõueniũr. Sal. Poſtq̃ unũ in locũ oẽs cõuenere. Hinc cõuẽtus. Per tranſlationẽ qñq; cõcordare. Oui. Non bene cõueniũr: nec in una ſede morant Maieſtaſ & amor. Quandoq; iterpellare ſeu in iudiciũ uocare. Ci. in Ver. acti. ii. Nõ dubitat qn ſi ipſe uerẽ cõueniat æqtate cauſæ: auctoritate ſua cõmo uere hominẽ poſſit. Quãdoq; StatuereApul. Cõuenimus ad portũ q̃primũ ire. Quandoq; alloq nõ inuenire & nidere tantũ. Ter. in An. Cõueni hodie aduenies quẽdam mei loci hinc atq; ordinis hominẽ. Quandoq; aptũ cõueniens & decẽs eſſe. Cice. in Hor. Nam qd uereris ne nõ cõueniat nſis ætatibus iſta oratio quæ ſpectat ad hortandũ? Quandoq; placere: pactũ facere & cõtrouerſia carere. Sed i tertia perſona frequẽtius. Ci. li. v. de fi. Hoc mihi cũ tuo fratre conuenit. i. ſine cõtrouerſia ẽ: & cõcordes ſumus. Dicimus ẽt cõuenit hoc inter nos: cõuenit mihi tecũ. Cõuenit tibi mecũ qnod dixiſti. i. in hoc qnod dixiſti inter me & te ſine cõtrouerſia ẽ. Cõuenit nobis inter nos. i. cõcordes inuicẽ ſumus. Inue. Sæuis inter ſe cõuenit urſis. Itẽ. Nõ conueniũr hæc fratri mecũ. i. diſſentimus ab inuicẽ in his: & diſſimiles ſumus. Ter. Hæc mihi fratri mecũ nõ conueniũt Nõnũq̃ ſineſuppoſito: ſed ſubintellecto. Augu. li. ix. con. Cõuenerat inter nos ne paſſim cuiq̃ effunderet. Plau. in Cap. Nũc ita cõuenit inter me atq; hũc Tindare. Et iteꝫ. Dicito patri quo pacto mihi cõuenit de huius filio. Sic dicimus. De precio conuenit. i. concordes ſuimus.

Cõuenæ pe. cor. dicunt qui ex diuerſis populis gẽtibuſq; in una mœnia conuenerũt ſimulq; coaleſcũt. Hiero. cõtra Vigi. Nimiꝝ reſpondet generi ſuo: nt q de latronũ & cõuenaꝫ natus ẽ femine: qnos cõſul Põpeius edõita Hiſpania de pirenæi iugis depoſuit: & in unũ oppidum cõgregauit. Vnde & connenarum urbs nomen accepit.

Conuẽtio nomẽ generale eſt ad omnia pertinẽs uti ſcribit Vlp. de qbus negocii cõtrabẽdi tranſigẽdiq; cauſa cõſentiũt q inter ſe agũt. Nã ſicut cõuenire dñr q ex diuerſis locis i unũ locũ cõuẽiũt ita q ex diuerſis animi motibus conſentiũt & in unam ſententiam cõcurrũt. Adeoq; conuẽtionis

lum esse contractū: nullam esse obligationē: quæ non habeat in se conuentionem siue uerbis siue re fiat.

Cōuētus us. dicit cū hostes simul uenerint. Fit autē quattuor modis. Uno cū quēlibet hōiem ab alio quo cōuētū esse dicimus. Altero cū significatur multitudo ex plurib⁹ hosu⁹ generibus cōtracta in unū locū. Tertio cum a magistratibus iudicii causa populus cōgregat. Erant. n. in puincijs statuti cōuētus per rectores eaꝝ ad iudicia facienda Vñ Ply. de Hispania. Nāc uniuersa pincia diuidit in septē cōuētus. Idē li. iii. scribit in Bethica fuisse iuridicos cōuētus qttuor. Videlicet gaditanū cordubēsem astysitanū hispalēsem. Quarto cū aliquē in locū frequētia hosum supplicatiōis aut gratulationis gia colligit. Ponit interdū p cōiugio. Iuuc. Cōuētū tū & pactū & spōsalia nostra tempestate paras.

Conuētum neu. gūs conuentionē significat.

Conuēticulū plæruq; in malam partē accipit. Hoc ē p cōuētu seditiosoꝝ aut sceleratoꝝ. Ci. p Sex. Cōuēticula hosum quæ ciuitates nominarunt.

Conuerto & conuertor p eodē accipiuntur. Plau. i Am. Sed tamen fuga in se nemo conuertitur.

Cōuexū: curuū ex omni parte declinatū qđ is ē natura cæli: quod ex omni parte ad terrā uersus declinatū ē. Vir. Aspice conexo nutāt pōdere cuncta. Hic cōuexitas ipa portectio aduersus nos. tractū a cōcauitate nauiū quæ extrinsecus huiusmōi formā hēt: quæ alio nose carinata dicitur.

Conuiciū cōtumelia inqt labeo Iunicōsultus quasi cōuocitū mutata littera a cōcitatione: uel a conuētu. i. collatione uocū. Cū. n. in unū cōplures nocentes cōferunt cōuiciū dicit. Cū aūt nec i cœtu nec uociferatione dicit: nō proprie cōuiciū nominat. Festus tū a uicis in qbus primo habitū ē deriuat. Alii dicūt cōuitū esse maledictū cum cōtumelia & a uitio deriuari. Ci. Maledictū ūt nihil hēt p positi præter cōtumeliam quæ si petulantius iactatur cōuitiū: sui facetius urbanitas nominatur.

Cōuicinū ubi plures inter se uicini sunt.

Cōuictor aris. cōtumelia afficio ut apd Eū. Et q cū eo crucifixi erant: conuiciabantur ei.

Cōuiuiū a uiuo fit: de quo Ci. Bñ maiores nri accubationē epulaꝝ q a uitæ cōiūctionē haberent: conuiuiū nominauerunt. Hinc.

Cōuiuari cōuiuiū facere: aut simł cibū sumere. Ter. in Heau. Scortari nolūt: crebro conuiuarier. Vñ cōuiuator dicit q parat cōuiuiū. Cōuiuæ uero & cōuictores dicunt inuitati ad conuiuiū. Scitū cōuiuatorē appellat Liuius elegantez & utiduz in apparatu cōuiuali. græce ut puto melius συμποσιάρχην. Plato. ἑστιάτορα. suum. n. uidet esse comessatio unde & græcus sermo seruatur nulganter.

Conuictor dicit quotidianus cōuiua & q nobiscū uiuit familiariter. Hor. Nāc qa sum tibi mecœnas conuictor. Suc. in Tibe. Nihilo lenior in cōuictores græculos.

Cōuiuale quod ad cōuiuiū pertinet. Liui. Multaq; conuiualia ex auro & argento nata.

Conuiuiones a cōbibendo compotores dicuntur.

Cōuoluolus pe. cor. uermiculi genus minoris eruca corrodēs pubescētes quasi quē alii uolucē appellant a cōuoluēdo q se inuoluit in pampino.

Conus ppria nux picea Col. li. vii. Remedio sunt cupressini qndecim coni: totidemq; Gallæ: ppē quod Geometræ eiusmodi figuram Conū appellant. Hinc Conus dicitur curuatura quæ in summitate Galeæ pminet super qua crista ponunt: licet qñq; p crista ponat: quē lingua uernacula pinatuz uocamus. Et coniferæ arbores: quæ conos hoc ē nuces pineas simules ferūt. Oui. Et coniferæ cypariss. Quicqd præterea tali forma est. Conoides dicit. Vnde cupressus fœmina Conoides est: quæ in fastigium cōuoluitur. Quidā etiā conū accipiūt p capitio acuminato. Est & conus musicus. Boe. in musica. Si conum quem turbo nē uocant quis diligenter extornet.

κωνοειδής Conoides arbor ferēs cupressos fœmina. Nitz a rotūditate in acumē leuat.

Coos: siue cos siue coū sine co. Insula i mari ægeo seu ut qdam aiūt in Icario rhodo pxima & carnæ apposita: quæ olim magna fuit & optime habitata & aspectu iucūdissima us: q eo nauigabāt Ambitus eius qngēs & qnqginta stadius ciaudit: tota fertilis & optimo uino abūdans. Est & urbs eo nomine antiqtus Asthipalea uocata. Dicta a Coo meropis filia qnæ ibi regnauit. Strabo scribit nouē gētes & quinq; milia oppidoꝝ esse quoꝝ nullū sit minus Co meropide. Hinc Cous a. um. pe. pro. Vnde Hippocrates medicus diuinus & Apelles pictor egregius Coi dicti sunt: cū in ea nati perhibeant. Oui. Si uenerē Cous nōq; pinxisset apelles. In primitiuo prima compit. In suburbano Coi Esculapii tēplū fuit ualde insigne & multis donis opulentū inter quæ nuda uenus erat: quæ postea Iulio Cæsari Romæ dicata est. Sūt q dicant apud hanc insulam fieri uestes tenuissimas ad fœminaꝝ ornamētū. Vñ Oui de arte. Siue erit i tyrijs tyrios laudabis amictus. Siue erit i cois coa decere puta. Suidas. Κῶος ἡ μὲν σοφὸς ἐν ἰατροῖς ὁ Ἱπποκράτης ἰατρὸς ὢν καὶ μέροπις, λέγεται post alibi subdit. Κῶος ὡρῶς χιόνος μὲν γὰρ χιὸς ἰλύνα, τοῦ δὲ λοιποῦ κῶος ἔσω.

Copia a con & ope: uel a capio ut sit copia quasi capia: q multa capiat. Et in singulari qdē abundantiam: eloquētiam: facultatē potestatēq; significat: ut faciam tibi copiā spectandi ludos. Ouid. Añ ait emoriar q̄ sit tibi copia nostri. Neq; apd oratores cū alio uerbo iūgit. Poetæ cū do nūgēt. Vir. Postq; introgressi & coraz data copia fandi Cū aliis uerbis abūdantiaz significat: ut magna copia frumēti auecta ē. Copia pecuniaꝝ & copia orōnis. Copia ē dicit eloquētia quæ cōstat uerboꝝ copia. In plurali p eodē significato qñq; sumit. Vt noui copias tuas & osuz regz copias habeo. Peculiariter tñ significat exercitus multitudinē: ut copiæ Pōpei: copiæ Cæsaris. Aliqñ ēt

In singulari ponitur pro multitudine Pompeius ad Domi. Nec soius cū ista copia tanta multitudinē sustinere poteris. Idē ēt atq; ēt hortor ut cū omni copia q̄primū ad me uenias. A copia copiosus a.um. p abūdauit. Copiola dimi. Copio as. q.d ē copias augeo siue cogo sicut lignor aquot quæ sunt uerba castrensia.

Copę ueteres p copioso posuerūt. Plau. Atq; ego nūc ut glorioſum faciam & copi pectore. Hīc Copona primum: deinde caupona taberna uinaria: propter copiam rerum quæ ibi uænduntur.

Conisicare apud Quintil. significat arietare & frōte frontem percutere. Et satiati agni ludunt blande q; conisicant.

Coppe locus in Græcia apud orchomenon boeotiæ iuxta cephisum amnem qui facit lacu3 copa idem nominatum.

Cophinus pe.cor. latine corba. Iuue. Cum dedit locum cophino fœnoq; relicto.

Copula cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde dicit copula matrimonii: & copulo coniungo.

Coquo is.xi.ctum. a cogēdo: quoniam coctu3 cogēdo coercet: ut ad unlitatē uescēdi perducat. Et duo significat. Coquere. s. per ignē. Vnde aliqd dicit coctū: ut carnes coctæ. Et maturare. i. maturum facere. Ply. Aegrescūt sexagenis diebus siti maxime anteq; fici coquant autūuo. Amb. ii. Hexa. Vñ aut arbores germinarēt: aut frumēta uel sata prūperent uel orta coquerent: nisi ea interior ignis animaret? Huius cōposita sunt Cōcoquo: simul coquo seu digero. Vnde concoqui dicitur cibus calore stomachi. Plynius. libro. xxvii. Theophrastus celerius concoqui dextra lateris incubitu difficilius in supinis. Decoquo in totum coquo. Vide alibi. Excoquo perfecte coquo digero. Hier. con. Ioui. Immolatus ē p nobis agnus & aspersi calidissimo rore hyssopi omnē pituitam noxiæ uoluptatis excoximus. Col. Proprie cum ait. Vis frigoris excoquit terrā. Incoquo coquēdo applico. Nam cū metallū aliquod deplumbamus: uel deargētamus: uel deauramus: incoquere dicimus. Vnde uasa ænea stamno ad ignē ilita incoctilia dicuntur. Ply. Deiñ & argentū incoquere simili modo cœpere equoq; maxime ornamētis iumentoq; iugis. Proprie tñ incoquere ē intus coquere. Vir. li. iiii. Gc. Huius odoraro radice incoque baccho. Percoquo ualde: seu perfecte coquo. Ply. li. xxiii. Bubulas carnes additi caules magno ligni cōpendio percoquūt. Similiter Discoquo. Idē li. xxviiii. Denas uirides lacertas in decē sextareis olei ueteris discoquūt. Præcoquo ante coquo uel ante maturo: a quo præcox fructus: & præcoqua uua dicit. i. præmatura. Recoquo rursus coquo. Ply. An satis recoctum sit. Et omnia habent pe.cor.

Coquito as. pe.cor. frequentatiuum est.

Coquina a coquendo locus in quo dapes coquuntur: quæ & culina a colēdo: quasi colina. Et du3 publica est popina dicitur.

Coquinari est coquinaria3 artē exercere. Plau. Neq; ego unq̄ nisi hodie ad bacchas ueni I bacchanal coquinatū.

Coquus uel cocus: qui cibos coquit ac uændit qui & coquinarius dicitur.

Coquinarius a.um. quod ad coquinam pertinet. Vnde uasa coquinaria dicta.

Coquinaria æ.ars coquēdi quæ ad uictū spectāt.

Cor unū ē ex uisceribus. Nam omnia interiora uiscera dicunt. In quo ut inqt Ply. habitat mēs. Et secūdū Aꝛ. Cor fons ē uenaꝝ arteriaꝝ & sensuum. Et sicut ait Auicēna. Est principium uirtutis uitalis: fons uitæ: & radix dicit ab interprete Galeni. Aliqñ tñ accipit p mēte. Ci. lib. i. Tus. Cor ipsum animus uidet. Vnde concors discors excors socors uecors grauicors & cordatus.

Cordi est. i. delectat & placet. Cice. Ideoq; eo mihi magis ē cordi. Ter. Si hæ nuptiæ sunt tibi cordi idest iucundæ.

Corculū dimi. Plau. Meū corculū meus molliculo caseus. Et corculū acutū quasi cor sapiēs. Festus. Corculū dicebant antiq solerte & acutū. Ci. li. i. Tus. Et nassica illc prudēs bis cōsul corculū appellatus. Ply. li. vii. Catos corculos apud Romanos cognomīatos ē refert q sapiētia præstiterūt

Cordatus homo. i. insignis corde & præstans memoria: q solertia multa pollet & ingenio quem admodū & corculū. Aug. li. i. ci. dei. Nō itaq; cū de diis uictis illa cōscriberent: poeris libuit mētiri: sed cordatos homines cogebat ueritas cōfiteri Lact. li. iii. Nō inficior fuisse illū paulo cordatio rem q; cæteros: qui naturam rerum putauerunt I genio posse comprehendi.

Cordoliū: cōmiseratio. & quasi dolor cordis. q lau. Mihi cordoliū ē. Idē in pen. Vbi tibi erit cordoliū si quam ornatam melius forte aspexeris.

Cordapsus: morbus tenuioris intestini quem iuniores iliacum nominant.

Corchorus uile olus apud Ply. Vñ puerbiū contra eos q magnus honoribus inhiant cū ipsi sint nihili· κόρχορος ἐν λαχάνοις idest corchorus inter olera.

Corduba ciuiras hispaniæ Senecæ & luncāi patria

Corgo: adnerbiū apud ueteres: quasi ex corde ago idest loquor.

Cordus a.um. quod serotina fœtura natū ē: ut cordū fœnū autūnale: quod autūno secat. Col. Alūtur oues cōmodissime anniūali fœno quod cordū uocat. Iridem Corda frumēta dicta sunt quæ sero matureſcūt. Et cordi agni serotini q post tēpus debitū nascunt: quos uulgus uocabulo inde deducto cordiscos nominat. qly. lib. viii. Gerunt partū diebus. cl. postea cōcepti ualidi cordes uocabant antiq post id tēpus natos. Est ergo Cordus cognomē eoꝝ q tarde nascunt. mñ apd Sueto. Cordus Cremutius legit. Quo nole ēt dictus ē alius scriptor historiaꝝ quē seq se ait Iul. Capitolinus in uita Gordianoꝝ. mñ Quinti. li. i. præcipit scrutandos ēt a subtili præceptore origines nominū uñ Agrippa & opinet & cordus & q. sthumius dicant. Quidā tñ hoc nomē per h scri-

bunt Chordus.

Corallíū lapis rubei coloris. Ambt. li. Hexa. Quoꝝ mō ēt nō indecorus lapis coralliū in mari herba scitisi in aerē transferaſ lapidis firmitate solideſ. Ply. Chorallíū religiosuꝫ imprimis gestamē esse existimant a mohēdis periculis. Gignit in mari rubro & in persico & circa orchadas insulas & Siculo circa Drepanum. Forma ei ē fruticis coloꝝ nitidis bracteæ calidæ sub aqua & molles exēptæ cōfestim duranſ & rubescūt quasi corna. Diascorides. τὸ δὲ κοραλλιον ὁμοιον ἐστι λιτῷ λυχνου καλουσι δοκει μὲν ἐστιν φυτὸν ἁλιον. Theophrastus autē in libro de gēmis τὸ γαρ κουρελλιον καὶ ὡς τὸν ὅσωπερ λιθος φυεται δὲ ὡσπερ ἀφῆ δὲ λιθος γινεται. Huius nominis quidam primam producūt. Ouid. lib. iiii. me. Nāc quo q̄ corallis eadē natura remansit. Alii breuiant. Claud. Mergit se subito uellitq̄ corallia clotho.

Coraxis mons qui a septentrione colchidē claudit Est & fluuius eiusdē nominis qui ex monte sui nominis oritur.

Coram præpositio ē quæ cōtrariam hēt significatiōnē a clam: ut coram senatu orationē habui. Differt tamē a palam q̄ corā magis ad personas certas: palam ad omnes referſ. Coraꝫ indiget adiectōe: palam nō indiget. Etiam differt ab ante oculos: q̄ ante oculos lōge intelligi pōt coram pximitatē significat. Ter. in Eu. Quæ mihi añ oculos coram amatorem adduxti tuum.

Corax a latinis dicitſ coruus. Cic. lib. de ora. Quare coracem nestmm Istum patiamur. Hinc componitur nocticorax seu nycticorax.

Coracinus pe. pro. coruinus. Plynius etiam piscem quendam coracinum appellauit.

Corambla: herba quæ oculos retūdit & hebetes facit. Iōq̄ dicta corambla. Nam κόρη pupillam significat ἀμβλύς dicitſ retusus & hebes.

Corbes uasa ex uiminibꝫ facta cui simplaris ē hæc corbis. Ci. p Sex. Messoria se corbe cōtexit. Dictæ corbes secūdum Var. ab eo q̄ spicas aliudue qd eo corruebāt. Hic minores dictæ corbulæ Cato uillicū dicit hēre oportere corbulas amerinas quatuor. Col. nero ait. Corbulæ decēmodiæ trimodiæ. Pōt ēt eē Corbis gēus masculi secūdū Prisc.

Corbitæ pe. p. naues onerariæ dictæ q̄ i eaꝫ malo sūmo p signo corbes solerent suspendi. Plau. Tardiores q̄ corbitæ sunt ēt i tranq̄llo mari.

Corbonam pe. cor. Iudæi sacrum thesaurarium dicunt. Auctores Iosephus & Eusebius.

Corcira pe. pro. Insula in Ionio mari oliꝫ phæacia a pheaco dicta cuius filiꝫ fuit. Fuit nympha æsopi filia rapta a neptuno & ad insulam delata: cui nomē fecit. Vbi grauida Neptunō peperit phæacā q̄ fuit pater Alcinoi. Luca. li. ii. Hinc late patet ome fretū seu uela ferantſ. In portꝫ corcyra tuos seu leua petamus Illyris. Homerus autē libro ν πῶλαι τ' ἐυκτιμένην καὶ ἐμὸς γάμβρος καλέεται αὖθι μίνυνθ' ὀκτὼ δ' ἑταῖρον ἐγὼ καὶ κτήματα λοίην ἐς πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι. τε μίνοις. ἀσκοντα λισσ' ὑπὸ ἰφθίμοις Φαίηκων. ira. n. semper uocat Homerus.

Corinthus urbs Achaiæ fere in medio Isthmi peloponnesiaci sita. Isthmos græci uocant angustias peninsulaꝫ inter quas nobilitate peloponēsiacæ præferunſ. Corinthus prio a Sisypho latronc xoli filio ferſ cōdita fuisse & corcyra nominata. autore Strabone postea Ephire. Deinde euersa & instaurata a Corintho Porcthis seu Iouis filio: Corinthus ē appellata olim celeberrima & ditissima. Hæc hēt arcez quæ Acrocorinthus dicitſ. A corinthus fiūt Corinthius & corinthiēsis adiectiua: quæ sic ab inuicē distinguntſ. Corinthii iūt q̄ corinthū habitant: seu q̄ ex corintho nati sunt: Corinthiēses q̄ alibi nati sunt: sed negociantſ corinthi. Suidas. κόρινθος ἀπὸ κορίνθου τοῦ μαραθῶνος ἢ ἀπὸ κορίνθου τοῦ πέλοπος.

Corinthia uasa dicunſ ex ære corinthio fabrefacta quod auro argēto q̄ cū ipso ære cōfusis fiebant. Nam æs corinthiū maxime laudabaſ. Vñ factū ē ut omnia uasa ex ære elegantia corinthia sunt appellata ꝓpter quæ apud ueteres tanto in ꝓtio fuerūt æris metalla ut argēti quoq̄ atq̄ auri pcium transcēderint. Tria añt sunt genera corinthii æris: ut docet Ply: Candidū quod nitore accedit q̄ pxime argēto. Alterū in quo auri fuluus color cōspiciſ. Tertiū i quo nīgus tēperies olim fuit.

Corinthiacus a. um. quod ex corintho ē. Oui. li. iii. de triſ. Illa corinthiacis pmō mihi cognita terris.

Corinthiarius a Suetonio positū est p amatore mimio corinthiorum nasorum.

Corycū ile bolze da caualcare Suidas κωρύκιον κόρυκος τὸ πᾶν ἱμάτιον τὸ βουλγίλιον ἢ πλέγμα δικτυωτὸν ἄρτου.

Coriago morbus quo Boues laborant. Col. li. vii. Est & mesta pestis bubulo pecori Coriaginē rustici appellāt: cū pellis ita tergon adhæreriut ap prehensa manibus deduci a costis nō possit. Ea res nō aliē accidit q̄ si bos aut ex lāgore aliquo ad macię perductus ē: aut sudans in opere faciendo refrixit: aut si sub onere pluuia madefactus ē.

Coriū: animalū ē præsertim eoꝝ quæ crassiorē pelē habēt ac duriorē: q̄uis quandoq̄ p quacunq̄ pelle dicaſ ēt rex inanimataꝫ: & quandoq̄ tergus. Vir. Tergora diripiūt costis. Apud Plynium Coriū terræ ē nō taꝫ cutis eius faciesq̄ summa q̄ tectoriū & statumē quoddā crassius: cui & aliud quoq̄ subesse pōt coriū. Nam in parietibus struendis ordines ipsi laterum coria a Victrunio dūr hoc ē quæ uulgo turba opificuꝫ appellat cursus. Dicitſ & corius masc. gēe. Plau. in Pe. Heri in tergo meo tris facile corios cōtriuisti bubulos. A corium fit excorio as. q̄d est coriū detrāho.

Coriarius q̄ coria cōcinnat præsertiꝫ crassiora.

Coryci pe. cor. nomē ē urbis & mōtis excelsi in cilicia optimū crocuꝫ ferētis. A quo Coricius a. uꝫ. ut crocū coriciū. Mar. Quod de coricio quæ uenit aura croco. Coricus etiam portus.

Coriza morbus cū humore obturatur naſus latine grauedinem uocant.

Corycei dicūt curioſi. Ci. ad Atticū. Omnis. n. corycei ſubauſcultare uident quod loquor. Naꝫ tota coryci mōtis aſiatici ſeu ut qdam dicūt pmōtorii in creta præter nauigatio latronibus plena fuit: qui diſperſi per portus ad mercatores furtiꝫ accedebant & ſubauſcultabant qd reꝫ ferrent: & quo nauigarent poſtea illis diſcedētibus adoriebant eos: ac diripiebant. Ex quo factuꝫ ē: ut oēs curioſa & ſecreta auſcultantes corycei dicerentur Et in prouerbio diceret. Hūc ergo coryceus auſcultauit: cuius cōſilia ſecreta patefacta ſunt.

Corythi pe. pro. ſunt thecæ arcuū ſiue ſagittaꝝ ī quibus ſagittaꝫ pprie dicant pharetræ: ḡuis. Nonius corici legat. Sta. li. ix. the. Cæleſtibus implet corython telis.

Corythus pe. cor. oppidū Thuſciæ ppe Atetiū in parua colle eiuſdē uoſ ſitū a corytho rege poſitū. Vir. li. ix. Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad urbes. Quidā hæc duo noīa ſcribunt cū h in principio Chorytus.

Cornelia: Romana Gracchorum mater & maioris aphricani filia: quæ a Val. maxīo laudat q matronæ campanæ ornamēta ſua pulcherrima oſtēdēti: nō aurū nō gēmas nō denique ueſtes oppoſuerit: ſed liberos: q maxīa ſit matronaꝝ ornamenta

Corna æ. nomē eſt duarum urbium.

Cornus fœmi. gēnis tam quartæ q ſecūdæ decli. ſecūdum Priſ. Hæc ramos hēt duricie & rigiditate cornibus ſimiles: fructū circa ſolſtitia facit prius cādidū poſtea ſangineū. Vir. li. ix. Cōiecto ſternit iaculo uolat itala cornus. i. telū ex corno factum. Cornum generis neutri fructus. Idem Bacæ lapidoſaq corna.

Corneus a. um. quod ex corno eſt. Plau. Duram accorneam uirgam. Pōt ēt eſſe a cornu deducū nomē. Vñ hybernæ coronæ dictæ ſūt quoniaꝫ negante tum flores terra laminis e cornu tinctis fieri ſolebant.

Cornetū locus ubi ſunt frequentes corni: ſicut a pino pinetū.

Cornu cornū & hic cornus ſecūdū Priſ. A curnore ut inge Var. Vly. Dētes mobiles cōfirmat ceruini cornus cinis. Omnibus fere caua ſunt cornua ceruis tantum ſolidi & ſingulis annis decidua. Hinc fūt unicornū bicornū tricornium quadricornū. Per tranſlationē cornua fluminū dicunt flexus curuitates alueoꝝ q multis ī locis ad cornuū ſimilitudinē flectunt. Itē cornua antēnaꝝ ſignificant utranq partē antēnæ. Vir. Cornua uelataꝝ obuertimus antēnaꝝ. Similiter in prœlio. Cornua dicunt utraq pars exercitus. In exercitu. n. ē dextræ & ſiniſtræ cornu & quod inter utrūq ē dicit medū. Itē cornu genus eſt tubæ obtortæ a quo cornicines dicti ſunt.

Cornicen pe. cor. q cornu canit. Iuue. Quadragintā dedit gracchus ſeſterria dotem Cornicini ſiue hic recto cantauerit ære. Dictū ita qa quod nūc ex ære eſt tūc fiebat bubulo cornu.

Corniger pe. cot. gerēs cornua. Vñ Bacchus corniger dictus eſt: qa ſimulachro liberi patris cornua adiiciebant: q uini inuentor fuerit homines eni nimio uini potu truces reddunt.

Cornigenus a. um. quod ē ex genere cornua hētiū ſicut caprigenū quod ē ex genere capraꝝ.

Cornipeta pe. cor. atal qd cornibus petit. i. ferit.

Cornicūlū dimi. a cornu. Quo ēt nomine uocatū ē oppidū iuxta tarquinios: a quo oppidani corniculani appellati ſunt.

Cornipes pe. cot. atal pedes hēns ſicut equus & capra: & huiuſmōi unguiū aut pedum aſalia. Our. lib. ii. faſ. Cornipedi fauno cæſa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cornutus a. um. quod hēt cornua: ut facies Moyſi cornuta erat. Pōt ēt dici cornutū quod pcedit ex cornu. Mar. Occubuit tandē cornuto ardore pōtitus. Cornutæ quadrupedes a uberibus dicēbantur elephanti. Nam q in his dētes multi dicunt cornua ſunt. Sed miruꝫ eſt quod ſcribit Suidas de Cornuto: & dicit duos mirabiles uiros fuiſſe: unum Liuium: & Cornutum.

Cornicularius nomē ē ordinis in militia ſicut commētariēſis & accēſus. Docet Aſco. perinde ac cornicularius a corniculo ſic inclinet: ut a cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat is cornicularius dicebat. Liui. li. x. ſcribit Papiriū conſules eqtes oēs ob inſignē i bellis operam donaſſe corniculis armilliſq argēteis: tauq cornicula ſint inter donatica ornamenta militaria.

Cornix: auis quæ dux auiū eſſe dicit. Vñ & cornices accipi ſolēt p iis q ſe ſapiētiores ac duces alioꝝ uideri uolūt. Vñ Hier. in quodam plogo utitur: & Cicero p Murena. Huius dimi. ē Cornicula. Hiero. ad Paulinum. Malo alieni operis interpres exiſtere q ut qdam faciunt informes cornicule alienis me coloribus adornare.

Cornicor pe. pro. deponens ſignificat more cornicum garrio. Perſius. Neſcio quid te graue cornicaris incepte.

Corona ē quam græci στέφανον nocant a nīs oliꝫ ſtrophia a στροφεῖν quod ē uertere. Poſtea pet diminutionē ſtrophiola appellata deinde a ſecēdo ſerta. Et cū uideat corona a choro dici caret tamē aſpiratōe. Fūt autē apud Romanos diuerſoꝝ generꝝ coronæ i magno precio habitæ. ſ. triūphalis quæ fiebat ex lauro & triūphanti dabat: quoniam ea arbor præcipua ē lætitiæ uictoriarūq nūcia. Obſidionalis quam liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat ex gramine decerpto inde unde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam ut ait Ply. ſummum apud antiquos ſignū uictoriæ erat: uictos porrigere herbam e terra. Ciuica: quam ciuis ciui a quo ſeruatus ē in prœlio teſtē uitæ ſalutiſq percipiēdæ dat. Et hæc huiuſmodi erat. Primo illigneā: pōa magis placuit ex quercu: qa añ cauſa uite in hac arbore hominibus ſunt qui glandibus ueſcebantur. Etiaꝫ ex Ilice. Muralis erat qua donabatur ab imperatore qui primus murum ſubiit: inq oppidum hoſtiū per uiꝫ

ascendit & aurea erat. Vallaris: quæ & castrensis dicit similiter aurea habens insigne uallis: hac donabat: qui primus hostium castra pugna intro iuit. Naualis quoq; aurea quasi rostris auium insignita: qua donari cõsueuerat q primus maritimo prælio in nauẽ hostiũ ui transilibat. Oualis myrtea erat qua utebant imperatores q ouantes introibant ciuitatẽ quando bellum leuiter & sine cruore perfecissent. Corona etiam dicit ornamentũ muliebre. Hora. lib. i. car. Et scindet hærentem coronam crinibus. Et corona ponit pro conuentu hominũ circunstante. Ité pro circulo circa lunam. Item pro signo cæleſti Ariadna Minois filia: cõuersa ẽ a baccho. Vir. li. i. Geor. Cnosiaq; ardẽtis decedat stella coronæ. Ferũt ariadnam coronam dono accepisse a thesco inde nupsisse Libero patri: & post eius mortẽ libet pater coronã in cœlo collocauit. Alii dicũt hanc coronam dedisse bacchũ Ariadnæ cũ ad Minoẽ in creta uenit. Alii dicunt coronam fuisse datam a Venere baccho in nuptis deoꝝ. Hæc cancro & Leone exoriente occidit exoriuntur cum scorpio nonis octobris habet stellas nouẽ i rotũdo dispositas.

Corolla dimi. parua corona. Proper. Me inuet externis positum languere corollis.

Cornula similiter dimi. Hier. li. iii. ꝑ. Et sculpturæ inter iuncturas & inter coronulas.

Corono as. coronam capiti impono.

Coronarius ii. qui coronas cõficit. Ply. Factũ id ẽ ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi. Coronarius a. um. quod ad coronas pertinet. Vnde aurum coronarium.

Coronamentũ: coronæ multitudo. Ply. Atria qp pe coronamẽtis referta. Aliquando accipit ꝑ floribus frõdibusq; & aliis ex quibus coronæ fiunt Idem in hortis seri & coronamẽta iussit Cato inarrabili floꝝ maxime subtilitate.

Corolariũ: auctore Varrone li. i. significat id quod additũ est præterq; quod debitũ tanq; auctarium quoddam & id quod supra mẽsuram uel põdus iustũ adicit a corollis nomẽ deductũ q ex eis cum placuerant auctores in scæna dari solite sint. Vnde & corolaria dicunt ipsæ coronæ. Sue. i Aug. Itaq; corolaria & premia alienis quoq; muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat Ply. li. xxi. Paularum & Romæ subrepsit appellatio corolis inter initia propter gracilitatẽ nominatis mox & corolariis postq; e lamina ærea tenui inaurata aut inargẽtata dabant. Ci. in frumẽtaria. Noli hos colligere q nũmulis corrogatis de nepotũ bouis ac de scænicoruꝫ corolariis decumam emerũt. Hæc autẽ cũ precii parui forte factũ est ut corolatiũ ꝑ re leuiori accipiat. Apul. symbolicos corolariũ uocauit posticũ concubitũ cum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate phoris puerile obtulit corolariuꝫ.

Corone urbs in peloponnesso Messenioꝝ a qua coronæus sinus dictus est.

Coronea urbs ẽ i bœotia. Papi. Messe coroneã baccho ghissanta colẽtes.

Coronis idis. rostri nauis: finis: extremitas: apex: cornu arcus & huiusmodi.

Corpus non solũ ꝑ massa compacta ex artubus & mẽbris. Sene. Corpore truncato caput abest. Sed ẽt pro sola carne ponit. Ci. Gallo. Ego hic cogito cõmorari quoad me reficiam: nam & uires & corpus amisi. Mar. utranq; significationẽ posuit Viuebant laceri membris stillantibus artus. Inq; omni nusq; corpore corpus erat. Hinc corpulẽtos dicimus obesi corporis homines. Et corpus dicit quod ẽ cõpositũ ex materia & forma. Corpus in quit Hiero. q̃q̃ caro dicat: interdũ tñ æthereum uel aereũ nominat qd tactui uisui q nõ subiaceat & plerũq; uisibile ẽ atq; tangibile. Vnde apostolus corpora cæleſtia appellat & corpora terrestria Cæleſte corpus solis lunæ stellarum. Terrestre ignis aeris terræ aquæ & reliquoruꝫ quæ absq; anima his sentiuntur elemẽtis. Corporis tria genera Pompo. esse affirmat. Vnũ quod una specie cõtinet: ut homo lignũ lapis. Alterũ quod ex cõnectibus hoc ẽ pluribus interse cohærẽtibus constat: ædificiũ nauis armariũ. Tertiũ quod ex distantibus cõpactũ ẽ: utputa ex pluribus corporibus uni nõ subiectis: ut populus Legio Grex: Hinc Corporeus a. um. quod est ex substãtia corporis: ut lapis. Ediuerso incorporeũ ut uirtus.

Corporale quod est uel habet corpus. Incorporale contrarium.

Corporo as. interficio: & corpus sine anima relinquo. Enni. Corpus contemplatur unde corporet uulnere. Hinc fiunt composita concorporo. & Incorporo.

Gela. fluuius in sicilia a quo & gela urbs nomẽ habet. Virg. libro tertio. Immanisq; gela fluuii cognomine dicta. Syriua. Venit ab amne trahens nomen uenit & hesa. Suidas πόλις σικελίας καλεῖται ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλα οὗ ἐστι παράπλους ἡ πόλις ὁδὸν πλοῦς ὀνομάζουσι τὸ πολλὰ γὰρ τῶν ποταμῶν φασὶν εἶναι πόλα λέγεσθαι ἀπὸ τοῦ πόλου τοῦ ὕδατος καὶ ὑμάρου τὸ ἰσημερινὸν πλοῦς ἔστι πλοῦς

Gelasini. penultima pducta dentes anteriores quos ridendo ostendimus γελάω γελῶ· est rideo. Et gelasini lineæ quæ ridendo efficiuntur. Mar. Nec grata est facies cui gelasinus abest. Et gelasini dicuntur minimi qui gesticulatione facta populum oblectant. Vnde gelasinius ille plautinus. risionibus & salsis dictenis pplm plectat. Et dũ facit ut ab omnibus rideatur: irridetur. Vnde est plautini illud Caue ex Gelasinio fias catagelasinius hoc est deridiculus.

Geloi campi in sicilia apud Gelam fluuium. Virg. Campiq; geloi.

Geloni uel gelones: populi scithici interius habitãtes & agathyrsis primi. a Gelono herculis filio. Hi solebant se pungere. Virgi. Pictosq; gelonos. Luca. libro quarto. Massagetes quo fugit equo forteq; geloni. Hi nunc Getæ dicuntur siue Tartari qui Tartari corrupto uocabulo uocantur. Sãguinem equinum cum lacte mistum bibũt. Virg. Bisaltæ quo more solent: acerq; gelonus cum fugit in rhodopen atq; in diserta getarum & lac cõcretum cum sanguine potat equino.

Gelboe. montes alienigenarum in sexto lapide a Sintopoli: in quibus etiam est uicus grandis qui uocatur Gelbos.

Gelu proprie glacies. dictum ἀπο τοῦ λυείν hoc est a soluendo terram. Nam glacie prosciſſa terra resolui tur. Aliquando tamen ponitur ρ frigore. Vnde gelidum frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc Gelum & hic Gelus. Lucr. libro quinto. Assiduosq; geli casus mortalibus affert. Et libro sexto. Demittit quasi sæpe gelum quod continet in se.

Gelicidium. ipsum Gelu. Columella. Vt prius conualescant radices frumentorum q̃ hibernis imbribus aut gelicidiis pruinisue infestent.

Gelo. as. Ply. libro decimoseptimo. Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est etiam paucis diebus necat. Iuue. Pauidoq; gelantur pectore. Hinc componũtur Congelo & Regelo penultima correpta. Columela libro primo. Oleum q̃d minus prouenit si congelat fracescet.

Gelascere est in gelu astringi. Gellius. Vina raretter congelascunt.

Gelabile. q̃d gelu durari potest. Gellio. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur mare omne congelabile sit?

Gelidus. gelida. gelidum. penultima correpta. frigidus. Hinc componuntur Prægelidus: & Egelido q̃d significat id q̃d non est calidum neq; frigidum. Nam e quandoq; priuationem denotat q̃uis Ser. pro ualde frigido exposuerit. Sue. de Augusto. Vrigebatur sæpius: sudabat ad flammam. deinde perfundebatur egelida aqua: uel sole multo tepefacta. Ouidius. Sed gelidum boream egelidumque notum. Vbi gelido egelidum oppositum.

Gelima. gelimæ. penultima correpta. fasciculus manibus genibus ligatus. Gelimarum uero multitudo meta dicitur.

Gemma: oculus uitis quem primo emittit. Virgil. Turgent in palmite gemmæ. Ad huius gemmæ similitudine gemma lapillus uocatur i quamuis generale nomẽ sit comprehendens proprie quæ cunq; nec oblonga nec perfotata. Augustinus in dialec. Similiter ornamentorum diuersos lapides compendiose uocauit gemmas. Huius diminutiuum est Gemmula. Bigemmis Trigemmia deriuatiua sunt de quibus alibi.

Gemmare est gemmas in arboribus emittere. Col. Cũ primũ uites incipiunt gemmare.

Gẽmascere. in gemmas effici. Plynius Atq; ut gẽmascere incipiẽt ligef calamus.

Gemmatus. gemmata. gemmatum. quod est gemmis ornatum.

Gemo. gemis. gemui. gemitum. Vnde Gemitus q̃ est pectoris cum præ angustia in sonum prorumpit. Vnde iumenta & inanimata cum nimis onusta sunt gemere dicuntur. Virgil. Gemit sub pondere cimba. Græcum tamen est γέμω .i. plenus sum forsan ab eo q̃d sequitur ut nidemua alteranati ab scriptoribus: sed in alia etiam significationeγεμίζω significat enim impleo imples. Quandoq; tamen Gemere ponitur pro flere. & quandoq; pro canere de iis soluꝫ auibus quæ flebilem cantum habentiur Turtur & columba. Virgilius. Nec gemere aena cessabit turtur ab ulmo. Hinc sit Ingemo. de quo infra. sed talia proficiscantur ab metaphoris quibusdam: quibus græci pleni sunt.

Gemursa. turberculum sub minimo pedis digitoq; gemere faciat eum qui id gerit inquit Festus. Ply

nius ob litteratum id & nomen & malum aie.
Gemini proprie dicuntur duo. Virgilius libro sexto
Sunt geminæ somni portæ. Nam si tres sunt ter
gemini dicuntur: si quattuor: quatergemini. Co
lumella libro quarto. Albanas equitiæ familiæ
trigeminorum mares. Quandoq; Gemini dicun
tur qui uno partu nascuntur etiaz si tres uel quat
tuor uel plures nascerentur. Quandoq; geminus
pro simili ponitur. Pacu. Par formido: gemina
confidentia. Et gemini cæleste signum qđ Ca
stor & Pollux constituunt. Varro libro secũdo de
re rus. geminos intelligit apollinem & herculem
De quibus Seneca. In magna tempestate appa
rent quasi stellæ cœlo insidentes adiuuantque se
tunc piclitantes existimant Pollucis & Castoris
numina. A Columella dicitur Geminum astrum
qđ xiiii. calendas. Iunii sol ingreditur. A Gemi
nus fit compositum Comgeminus qui cum ali
quo natus est. Augu. in ps. Phares congemino
suo fratre. Sed postea q̃ de constellatione gemi
norũ tetigimus dicemus totũ zodiacũ in 360 gra
dus dividi: eorumq; subdividi i xii signa: quæ ab
astronomis etiaz domus dicuntur. ẽ aries taurus ge
mini cancer leo virgo libra scorpius sagittarius ca
pricornus aquarius & pisces: quæ regiões cæloq;
hẽnt denominationẽ ab aliquo animali propter
proportionẽ & q̃dam cõuenientiaz aries ẽ domo
martis natus sub tali signo ascendẽte sunt inclinati
ad militiam & rixosi diuitesq; & de lanificio se
intromittentes: facit ẽt capillos crispos & i nego
ciis suis agiles: & expeditos loquor. n. q̃tuz de na
tura ẽ ipsius signi nam aliud esset secundũ situ &
aspectũ planetaz. Taurus aũt facit natos colũ gros
sum: & quia ẽ signũ uel domus veneris: ideo erit
natus mulieribus deditus: & agriculturæ. sed tar
dus in negocioz & reiz suaz expeditionc. Gemi
norum signum est mercurii natus sub tali ascen
dẽte erit dẽditus litteris & uiris illustribus uel pri
cipibus: & rotus affabilis i & semper cum societa
te alicuius: erit pulcher. Cancer facit natum longũ
corpus habentem: & brevibus cruribus i linguam
non satis expeditam: & qui aliquãdo in statu suo
angeatur aliquando uero deprimatur: modo an
te proficiet modo retrocedat & labro altrum ma
ius: erit tamen fortunæ cito mutabilis i & agilis i
rebus peragendis. Leo facit homini nato sub tali
signo crura retorta habente uel signatum in crure
& qui tardus sit ad prosperitatem habendam ta
men inclinabitur esse curialis & habebit amicicia
dñorum: erit iustus pius & habebit nobilem ani
mum: sed invidi eum semper agitabunt. Virgo fa
cit hominem sterilem qui nascetur oriente tali si
gno: erit tamen pulcher: & humanus: & doctus:
& qui amicicias habebit principum. Libra fa
cit natum iustum & humanum: & qui a prodito
ribus patietur multa pericula. Scorpius signũ mar
tis: qui habuerit tale ascendens erit proditor: nisi
alicuiq; planetaz uel iouis uel veneris benignita
te minuatur talis malicia: uel faciet homines i in
dicio damnari: sed si mars fuerit in eo signo asce
dente dabit divitias multas: uel hæreditatez: uel
militiam: uel accusator erit. Sagittarius facit na
tum pugnacem humanum tenuem: & affabilem:
& qui equis delectetur. Capricornus facit natum
sub tali signo esse doctum. Quis non miraretur?
præsertim in mathematicis facit etiam effœmina
tum. Aquarius uero facit natum benignũ: & cle
mentem. Piscium signum facit natum mercatorẽ
per mariaz uel terram liquidamz olei uel vini & ta
lium rerum: & qui linguam expeditam non habe
at: sed balbus sit. Sed unum admonemus ut quili
bet habitet urbes ædificatas sub suo ascendente:
ut dines sit: & plurimũ gratus: quicunq; enim si
gnum oppositũ habuerunt: idest urbem ædifica
tam sub signo oppositõ: semper anxius erit: pau
per: odio omnibus: & infortunatus: ideo prover
bium est vulgarium: qui mutat locum mutat for
tunam: quoniaz quandoq; nadit ad loca sui asce
dẽtis tibi bene agit & pspaꝛ. Home. ãt hymnus
κάλλιμον ἀρχὰν ἀείσω μοῦσα λίγεια
Ἰωπατείδας ἄξιος ὁλυμπίαν ἐξερέσθαι
ἐκ δὲ τοῦ πομφὸς πάτηνε λιλαίνετο
μητέρα νηλειφὴς ἐρεθίσαι.
Gemellus diminutivum. Virgilius. Modo namq;
gemellos spem gregis ah silice in nuda connixa re
liquit. Gemellæ nites a Columella dictæ sunt ab
uuis semper geminis. Nam duplices uuas ut in
quit Col. exigunt.
Gemino. geminas. penultima correpta. duplico. Cu
ius compõsita sunt Cõgemino. Plau. in am. Nec
si patera pateram pepent: omnes congeminan
mus. Ingemino intus duplico. Virgilius libro pri
me Geor. Tum liquidas corui presso ter gutture
voces aut quater ingeminant.
Gemoniæ scalæ dicebantur ad quas corpora dam
natorũ tracta spectabantur. Cor. Tacitus. Tũc
confossum collaceratumq; & abscisso capite trun
cum corpus sabini in gemonias trahunt. Plyni
libro octauo scribit canẽ a corpore ferui non re
cessisse abiecto in gradibus gemonis.
Gena. æ. unigo palpebra dicitur. hoc est membrana
quæ superius inferiusq; tegit oculum. Teren. Ho
die non compressi genam genæ. Ply. Aquatilia
dormire existimãt non oculorum argumento: qa
non habent genas: sed ipsa quiete placita seu so
porata. Extremus ambitus Cilium dicitur. Vnde
supercilia in quibus est animi pars. Nam ex his
negamus & annuimus. Hæ genæ pilos habent i
modum nasi: quos a palpirando palpebras apel
larunt. Genæ etiaz dicuntur partes illæ a cibo ad
universam partem illam oculis subiectã quæ bar
ba uestitur: quas radi in fœminis. xii. tabularum
interdicto antiqui uetuerunt pudoris sedes esse ar
bitrati: q; ibi maxime ostendatur rubor. Dictæ

genæ q̃ in his pili gignantur. Virgilius. Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentus. Apul. in magia. Purpuris infectas genas ꝛ & oculos illi sos illices. Hæc quoniam in mali spẽm factæ sunt rotundæ: dictæ sunt etiam malæ.

Genauius. genauia. genauium. idem q̃d̃ gulosus. gulosa gulosum. Varro. Hæ nouissimæ in trieli nium genauium introierunt e culina propter fastidium.

Genus a græco γένος proprie principium uniuscuiusq; generationis uel ab eo qui genuit: uel a loco in quo genitus est: ut Horestes a Tantalo ducit genus. Et Plato genere athenienſis est. Patria enim generationis uniuscuiusq; principium est quemadmodum pentes. Hinc per translationem genus etiam nocamus multitudinem aliquorum ad unum aliquid & ad se inuicem quodam modo se habentium: ut Romanorum genus dicimus quod ad Romulum refertur & cognationem inter se habet per quam a cæteris distingnitur. Hinc rursus appellatur genus cui supponitur species & prædicatur de pluribus differentibus specie: q̃ quasi principium sit. omnium quæ sub ipso sunt specierum. Item Genus dicitur quicquid est per quod alicuius rei qualitas iudicatur. Vnde genus mortis: genus uitæ: genus pœnæ: genus marmoris: genus coloris ꝛ & huiusmodi, Seneca. Summum genus infœlicitatis miſero est fuisse aliquando fœlicem. Virgilius Quod genus hoc hominum? quæ ue hunc tam barbara motem permittit patria? Nonnunquam sumitur pro accidente partium orationis: ut cum dicimus. animal est generis neutri. Et est sciendum q̃ licet genus sit tertiæ declinationis in cõpositione tamen quandoq; fit secundæ & adiectiuum: ut Alienigenus. alienigena. alienigenum Multigenus. multigena. multigenum. Plynius libro decimo. Multa hæc & multigena terrestriũ uolucrumq; uita. Dicimus quoq; id genus pro eius generis: ut multa sunt id genus monstra: q̃d̃ est fere similia & eiusdem generis monstra.

Generosus. generosa. generosum q̃d̃ est nobile & ex præclaro genere, Virgilius libro primo Geor. Continuo pecoris generosi pullus in aruis audet & ignoto se se committere ponto. Cicero in Læl. Humilem saue relinquunt & minime generosum ut ita dicam ortum amicitiæ: quam ex inopia atq; indigentia natam nolunt. Interdum dicitur Forte. Cicero libro tertio. offi. Cumq; de imperio certatum esset cum rege generoso atq; potenti. Et generosum dicitur q̃d̃ generare facit: seu perducit. Columella libro quarto. Atq; ubi multa in uitabunt regionis commoda: ut nobilem uitem conseramus: generosam requiremus. Idem libro tertio. Vitem maxime populus alit: & post ea ulmus quam atinam uocant rustici generosissima est. Hinc generositas nobilitas & quasi producibilitas. Idem in eodem. Qui uineam uel arbustum constituere uolet seminaria prius facere debet. sic enim sciet cuius generis uitem positurus sit. Nam quæ pretio parata dispouitur certam generositatis fidem non habet: cum dubium esti an is qui nãndidit legendis seminibus adhibuerit diligentiam.

Generale q̃nod ad omnes pertinet: a quo aduerbium Generaliter: quod significat simul quæ sub genere sunt ãplectendo: ut Amo generaliter omnes homines.

Generatim per singula genera: seu magis per singulas species: siquidem species generauocamus ut quot sunt genera uerborum. Virgilius libro secundo Georgicorum. Quare agite o proprios generatim discite cultus Agricolæ. Varro. Non in uolucribus generatim seruatur analogia non ex aquilis aquilæ: neq; ex turdis procreantur turdi sic ex reliquis sui cuiusq; generis. Aliquãdo generatim dicitur non per singula genera sed generaliter & in uniuersum & uniuersaliter. Cicero libro secundo de oratore. Infinitũ mihi uideri id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo expectenda ne esset eloquẽtia expectendi ne honores.

Genero generas notæ significationis. Huius composita sunt congenero pro adiungo assocĩo. Ennius. Quem mihi congenerat affinitas. Degenero de quo in degener. Ingenero q̃nod modo genero. modo intus genero. Lactannus libro sexto Deus itaq; cum hominem primum fingeret mirabili prouidentia ingenerauit ei pnus istas animi commotiones ut posset capere uirtutem. Cicero libro primo officiorum. Eademq; natura uerationis hominem conciliat homini & ad orationis & uitæ societatẽ: ingenerataq; imprimis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. Progenero ultra generationẽ produco. Columella. Nam & humidæ res & siccæ: quas terra progenerat facile mutantur. Hinc progenies pro genere & familia. Regenero rursus genero. Lactantius libro quarto. Ex eorum semine regenerari eum iussit.

Gener filiæ meæ uir quia sit generis propagator. Adhibetur enim ad genus augendum: a quo p̃ geuer. Hunc appellat auus neptis suæ uirum. uideor mihi uidere solent uirtutẽ ingredi nuptiarum: de qua uolumen cõficeretur: de numero fusarum: earumq; superstitione unde etiã nomẽ uxor habuerit: de claubus: de ioua: de limine: de uclamine: a quo nubo nubis quasi nube tegetur: de inuentione matrimonii an cecrops fuẽrit & multa quæ a græcis memorant.

Genitor modo pater dicitur: modo ad honorez referrtur. Similiter genitrix & pro matre & pro Veneris generationis gratia.

Genitus a gigno gignis idez quod natus. A quo Vnigenitus primogenitus & progenitus.

Genitura quandoq; generationem significat. Gellius ac multo etiaz anteq̃ pater ipse ac mater nascerentur ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici. Quandoq; semen hominis quod & semen genitale dicitur.

Genitalis & hoc genitale. Idem est quod natalis. Vnde genitale solum dicitur patria in qua nati sumus: quod & natale soluz appellatur. Ambrosius. Ranunculi circa genitales strepunt paludes Et genitalẽ diem quo scilicet geniti idest in lucem proditi sumus. Genitalia semina: quibus aliquid procreatur & gignitur. Virgilius libro secũdo Georgicorum. Vere tument terræ: & genitalia semina poscunt. Columela lib. quarto. Adhibenda ratio est subtilior ut ex his partibus truncis sumãtur quæ & genitales sunt: & maxime fertiles. Idem libro octauo. Fœminis quoq; uulnæ ferro exulcerantur & cicatricibus claudũtur ne sint genitales. idest ne possint generare. Genitalia membra siue genitales partes dicuntur pudẽda taz in uiro q̃ in fœmina. Augustinus libro decimoquarto ciuitatis dei. Seminaret igitur prolem uir: susciperet fœmina genitalibus membris quando id opus esset. Columela libro septimo. Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus. Idem in eodez. Et ipsos neruos quos græci cremasteras appellant q̃ ex illis genitales partes dependent comprensos.

Genitiuus genitiua genitiuum. quod habet uiz generandi. Vnde genitiuus humor & genitiuus casus. Et genitinus dicitur quasi genitalis a natura ingenitus & genuinus & originalis: & cuz nascente congenitus: ut genitiuæ notæ: quæ sunt maculæ a natura ingenitæ. Suetonius de Augusto. Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atq; aluum genitiuis notis in modum & ordinem & numerum stellarum cœlestis urſæ.

Genethlius latine natalis dicitur: qui & deus nuptiis præfectus putabatur ab Antiquis ut scribit Hieronymus. Scribit autem Suidas q̃ etiam genethlius palestinus fuit ex petris sophista discipulus minutiani & agapeti: qui tẽdẽ uiridi ætuo moritur; Scripsit autem multa λαλιὰς ἤτοι λαλέσεις καὶ μελέτας. & multa alia ut mirabile sit dictu tam paucis annis uitæ tanta scripsisse.

Genethliacus qui ex die natali fortunaz hominis & successum pronunciat. ἀπὸ τοῦ γενέσθαι φύσιν γενέθλιον γένος ἀρχῆς γενέθλιον.

Genius ueterum sententia dicitur uniuscuiusq; anima rationalis. Id eoq; esse singulos singuloruz. Fuere etiam qui dicerent genios deos aquam terram ignem & aerem: quæ rerum semina sunt: elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa Lunamq; & solem inter hos deos putabant: & a gẽdo q̃ multa gerere possent. Gerulos deinde genios nocitarunt. Censorinus scribit Genios dictos quia ut gignamur curent: siue q̃ una gignantur nobiscum: uel etiam quia nos genitos suscipiant ac tueantur. Certe a gignendo genius appellatur. Eundem esse Genium & larem multi ueteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socranco duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum. Hoc est duos lares. Hi etiam penates dici solent. Ab aliquibus genius dicitur nisi: & naturæ deus hospitalis: & ipsa uoluptas Scinta de antiquitate uerborum libro tertio. Scis geniales homines ab antiquis appellatos q̃ ad inuitandum & largius apparandum cibum promptiores essent. Iuxta quod etiam Seruius interpretatur pro uoluptuoso consuetudinali. Virgilius libro primo Georgicorum. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens uoluptati operaz damus Genio operam dare dicimur: sicut econtrario apud Terentium. Suum defraudans genium cuz parce uiuimus & a uoluptate cessamus. Ceberes thebanus in pictura mundi. ὥσπερ μὴ δὲ καλῶς μὲν ἐκεῖνος ἔφη ζῆν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὐδένα ἐν ἡδονῇ διάγειν πρὸς ἀπλῆν τὴν ἡδυπάθειαν τοῖς θεσπεσιωτάτοις ἐν τῇ βίᾳ πειθόμενον. Proclus autez Platonicus in theurgicis diuinitus loquitur: euz legant qui curiosius talia quærant & pro Horatii loco & aliis auctoribus.

Genialis & hocgeniale quod ad genium pertinet. Vnde genialis lectus qui in nuptiis sternitur in honorem genii. Genialis homo hospitalis atq; ad inuitandu m & largius apparandum promptior. Vir. Lucent genialibus altis.

Genuini dentes posteriores qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Nam circiter uigesimum annuz: multis etiam octogesimũ innascuntur. Dicti genuini q̃ a genis dependeant: uel a gignendo q̃ cum homine generentur: & cum ipso intereant. Cicero. Dẽtibus in ore cõstitutis mandi: atq; ab his extenuatur atq; molitur cibus eoruz aduersi acuti diuidunt escas: inimi autez conficiunt qui genuini dicuntur. Hos satyrorum instrumenta esse ad morsum ostendit Persius. Secuit lucillius urbem te lupe te muti & geminuz fregit in illis. Hieronymus ad Marcellam. In plærisq; prouinciis familiare est ut genuino dente se lacerent. Hos autem genuinos græci κυνόδοντας nostri caninos dẽtes appellãt.

Gentiles qui ex eadem familia sunt. Et qui eusdẽ nominis sunt. q& cognomines dñt ad morsum eiculẽti referens ait. Quæ genuinuz agitẽt nõ ad mitẽtia morsum Vnde Cincius. Gẽtiles mihi sunt: qui meo nomine appellãtur. Vnde Cicero libro primo Tusculanarum. Pharecydes syrus primũ dixit animos hominum esse sempiternos Antiquus sane Fuit enim in eo regnante gentili. Hoc est Seruio Tullio quia eiusdez nominis erat. Et hoc est quod ait Plynius Seruos dominorum fu

ſſe gentiles. idrſt eōdē nomine appellatos quō domini appellabanturiut Marcipor & Publipor Cicero in Topicis. Gentiles ſunt qui inter ſe eo dem ſunt nomine: ab ingenuis oriundi quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit & qui capite diminuti non ſunt. Idem libro primo ad Heren nium. Si paterfamilias inteſtatus moritur fami lia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. His gentilitas peculiariter eſſe dicitur: cum neq; ſeruorum neq; libertinoruꝫ gentilitas ulla ſit. Ité Gentile dicitur quod eſt gentis proprium: ideſt familiare: ut apud Inuenalem. Gentilia tympana dixit ideſt gētis propria. Suetonius de Tyberio. Capillo pone occipitium ſummiſſiore ut ceruicē etiam obtegeret: quod gentile in illo nidebatur. Et gentiles dicuntur nationes. Virgilius. Quas gentes italum: quas non oraueris urbes. Rurſus Gentiles dicti ſunt idolorum cultores qui aliter q̄ chriſtiani de deo ſentiunt. Diuerſæ enim gen tes innumerabilia numina habuerūt: quia in gē tilium ideſt maiorum ſuorū fide perſtiterunt nec religionis cultum mutauere.

Gentilicia nomina dicuntur: quæ originē gentis uel familiæ declarant: ut Portius Cornelius. Gel lius. Vulgus autē quos gētilicio uocabulo chal dæos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gē tilicia nota a Liuio Gētilicia funera a Plynio nō cupantur. Aliquando tamen Gentilicium a gen te ideſt natione non a familia uſurpatur. Inde gē tilicia ſacra dicuntur a Liuio quæ ſtatuta ſunt ei dem genti. Gentiliciuꝫ ſacerdociuꝫ quod ad iua familiæ pertinet. Et nunc uulgo ius patronatus dicitur.

Gentilitas ꝓprie multitudo ipſa uel familiæ uel gē tis ſeu nationis alicuius & ipſi gentiles.

Genſelia quæ ex multis familiis conficitur.

Geneſis penultima correpta latine generatio: nati uitas Geneth genus. Inde Genethliaci idrſt na talicii: qui contemplantes hominuꝫ natiuitates de uita ꝓdicunt. immo græcum eſt γένεσις

Genearcha generis princeps.

Genealogia penultima producta ſermo de origine generationis γενεά: genetarōis & λόγος ſer mo. Hieronymus. Notandum in genealogia ſal uatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum ſed eas quas ſcriptura reprehendit.

Gentiana hærba amariſſima & medicinalis ſic dic ta ꝙ eam rex Gentius inuenerit: ut inquit Plyni us libro nigeſimoquinto. Paulus autem ægenita medicus excellentiſſimus ita ſcribit de ſimplici bus loquens γεντιανὴ πόα ἐστὶ ταύτης δὲ ἰα δρασικὸς ἐστὶν καὶ ἀσματικὴ λίαν.

Genu Genum & Genns genus teſte Priſciano de clinari poteſt pro femorum ac crurum commiſſi one dicta genna: ꝙ hæc dum infans eſt in utero matris genis oppoſita ſint. Siue a gencrando ꝙ in genibus eſt uitalitas. Hinc cōgenudare quod eſt genu replicato cadere: uel genibus flecti. Inge niculatū quod eſt cœleſte ſignum. Victruuius li bro nono. Pes ingeniculati. Et genunixum eiuſ dem ſignificationis. Ouidius libro octauo meta morphoſeos. Conſiſtuntq; loco ſpecie remanēte coronæ Qui medius nixiq; genu anguemq; tenē tis. Dicitur & genu de hærbis. Vide in dictione ſtipula.

Geneiareth a græco uocabulo dictum eſt quaſi ge nerans autem. Sed tamen ego puto falſiſſimum eſſe nam nomina græca non ita componūtur ut excant in ſonum barbarum: & ideo non eſt ſic di cendum: neq; poſſibile ſecundum rectam deduc tionem licet enim γεννάω dicetur græcum uer bum: & ἀρέθ nihil ſignificat. nec in ſtagnuꝫ ge neſareth dictum eſt eo ꝙ flantibus uentis: crispā tibus undis auram ex ſe generare uideatur. Idem dici mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare Galilææ ab adiacēte Galilæa ꝓuincia. Te net hoc mare ſiue ſtagnum centum quadraginta ſtadia in longitudine: quadraginta uero in lati tudine. Nō ꝓpter hoc mare uocat ꝙ eius aquæ ſint amaræ: ſꝫ hebtæa linguæ conſuetudo ē om nes congregationes aquarum ſiue ſalſæ ſint ſiue dulces uocare mare ſicut in Geneſi ſcriptum eſt. Congregationes aquarum uocauit maria.

Geniculum diminutiuuꝫ. Plynius libro decimo oc tauo. Geniculæ autem tritico ſunt quaternæ farri ſenæ: hordeo octonæ. Quandoq; geniculum acci pitur pro germine.

Geniculatim aduerbium ſignificat per geniculæ.

Giniculatuꝫ dicitur quod frequentibus geniculis conſtatur ut heliotropium. Ob id genicularis hær ba uocatur.

Genimē penultima correpta a gigno generatio di citur ut in Eunucho Genimina uiperarum.

Genriſtæ: arbuſculæ quædam.

Genua Liguſticum emporium. Hinc incipit Apen ninus mons diſtatq; a Sabanis ſtadiis ducentis & ſexaginta. Eſt autem extremū alobrogum op pidum proximum heluetioruꝫ finibus. Ex eo op pido pons ad heluenos pertinet. Inter Varruꝫ & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua a Ge nui quia habet tanq̄ unum genu recurnum a late re maris. Vel a genuo ſaturni filio: qui fertur eaꝫ condidiſſe. Vel ut quidam aiunt a Genuino pha etontis ſocio. Alii etiam a Iano Italorum rege. Hāc Annibal penitus deleuit: ſed Cornelius Ser uilius cōſul inſtauraui ſicut Liuius refert. Hinc fi unt adiectiua Genuenſis & Genuanus. Quidaꝫ ex imperitioribus Ianuam hanc urbem appellāt ꝙ a Iano condiam dicant. Cur autem dicatur li guſtica regio apparet non obſcurum a lyge gigā re: qui Herculem profligauit Matſiliā uiq; poſt aduentuꝫ ab geryone defraudatis illi aimēnſi: de quo etiam Euſtathius in commentariis Diony ſii libyci multa diſcutit: & multa alii græci ſcrip tores: & quid actuꝫ ſit ubi Iupiter uenit in auxi lium Herculi: aliter actum erat de Hercule græci

scribunt: habitanit lygis prope chrysoeolis. i. Patmam: & Rhegium Lingobardiæ: & Mutinã & Mantuam.

Gerræ crates uimineæ. Athenienses enim cum syracusas obsiderent & crebro gerras poscerent irridentes siculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factum est ut gerræ pro nugis contemptuq; accipiãtur.

Gerrones: nugatores a gerendis nugis. Festus. Gerrones leues & inepti a cratibus dicti q siculi ad uersus Athenienses cratibus prostratis usi sunt: quas græci gerras appellãt. Ausonius ad Symachum. Misi itaq; ad te friuola gerris siculis uanitora. Hinc fit cou Serro pro connugone. Plantus i Persa. Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

Gerra gerræ nomen trium urbium quarum una ẽ in Syria alia prope Tracouitas: alia in felici arabia.

Gerres: genus locustarum ut habet Plynius. Mar. Teq; iuuant gerres.

Gerrus fluuius Scythiæ septimus ab Istro memoria dignus.

Geron gerontis latine senex. Geronticus Senilis. Gerantia diminutiuum uetulus: quem latini Senecionẽ Seniculumq; dixere. Geronticos aduectibium semiliter.

Gero geris gessi gestum proprie significat porto. Virgilius. Bella manu letumq; gero. Interdum Gerere est habere. Idez libro secundo. Et nos alt quod nomenq; decusq; Gessimus. Interdum facere. Idem libro nono. Nec tecum talia gessi magnanimũ æneam & phama extrema secutus. Interdum administrare. Cicero in Catone. Qui amplissimum magistratum gerũt. Hinc dicuntur gesta & gestæ res. Cum accusatiuo reciproco significat uiuere. Ambrosius in Lucam. Si quis secundum christi precepta se gessent: iam nõ lectus doloris est sed quietis. Huius composita sunt Aggero. Cõgero. Digero De quibus locis sñis. Egero extra porto, Lactãtius. libro primo. Qui simũ stabulo q̃ qui uitia de corde egerit. Collumela libro secundo. Auium primuz habetur stercus qd̃ ex columbariis egeritur. Vnde quãdoq; pro euomo uel uentrem exonero ponitur. Ingero. Vide alibi. Oggero intẽdo seu inicio: & quod uerna cula lingua dicitur tener adosso. Plautus in Tru, Quando intro aduenium unus eoz aliquis oculum amicæ usq; oggerit dum illi agant. Progero ultra seu foras gero. Collumela lib. primo. Ideoque periti rustici qcquid outilibus stabulisq; cõuersum progesserunt superpositis nirgis tegunt: nec arescere solis incursu patiũtur. Regero retro porto reduco. Plynius. Et q̃ts assidua conuersione immẽsæ celentatis attollantur quoniam hausstum omnez lucis aduersa illo tegerat unde acceperit. Hinc Regestum. Collumela libro quinto. Vt sit inferior tenera subiacens terra quæ nõ arceat nec duricia sua repellat nouas irrepentis radiculas. Istud quidem contingere potest etiaz si ager bipalio moueatur & deprimantur scrobis in regesto quod est fermentatum plus dipondio semisse. Regere est euomere. Apuleius. Nam & regesta crapula uestem inquinauerat. Suggero sub ministro i cor pono seu supporrigo. Augustinus libro primo ciuitatis dei. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum quæ multa capta fuerant fieri iuberet: continentiam suam iocando coaduit. Hieronymus ad Panlinuz. Quicqd alis exercitatio & quotidiana i lege meditatio tribuere solet: illis spiritus sanctus hoc suggerebat. Hinc suggestus. Sunt & alia composita ut belliger armiger moriger & unita huiusmõi quæ omnia habent penultimam correptam.

Gerulus penultima correpta. Portator: qui fert alicui quod onus & pro baiulo accipitur. Baiulum. n. dicimus qui mercedis gratia onera ferre consuevit. Suetonius in Caligula. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Hinc nugigerulus nugarum apportator.

Gerundum nomen participiale appellatur. Caret numeris & personis & sub una uoce actiuam & passiuam significationez gerit. Vnde a gerenda duplici significatione quidam gerundia dicta ẽ existimant. A parte post seruat constructionẽ sui nerbi & habet quattuor casus: genitiuum datiuũ accusatiuum & ablatiuum. Genitiuus regitur nominibus substantiuis in utraq; significatione ut habeo uoluntatem docendi te bonos mores. Virgilius. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi. In passiua: ut habeo uoluntatem docendi rhetoricaz a præceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in utraq; significatione: ut sum aptus discendo rhetoricam. Et sum aptus docendo rhetoricam a preceptore. Inuenitur soluendo non sum: quod nunq; patitur secum substantiuũ & regit post se datiuum licet non semper apponatur. Cicero Lentulo. Ciuitatũ principes ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos cum soluendo ciuitates non essent. Interdum alium casum, Quintilianus. Maximi tum uirorum & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas Accusatiuus iungitur uerbis significantibus motum ad locum: ut uado ad legendum Virgilium Et in significatione passiua. Salustius. Cum ipse ad imperandum assidue uocaretur. i. ut ei imperaretur. Item cum uerbis significantibus permanẽtiam: ut maneo hic ad legendũ. Sum paratus ad audiendum: & sum idoneus ad intelligendum. Ablatiuus tribus modis accipitur, Primo sine regimine: ut legendo disco: & currendo cecidi. Et ponitur actiue & passiue. Virgili. Cantando tu illum. Passiue. Frigidus in campis cantando rumpitur anguis. Idem. Alitur uitium crescitq; tegendo ideſt dum incantatur & dum tegitur. Secundo cum præpositioe. de. ex. a. ab. cum. uel

in.Ci.Ex quo ardescit siue amor siue amicicia. Vtrunq; enim dictum ab amando.Idem. In defendendo maior labor est q̄ in accusando.Quintilianus.Cum præcipere de apre loquendo cœperimus.Tertio cum uerbis significantibus nitum de loco:ut uenio ab arando.redeo a spectādo.Licet magis usurpemus ab aratione:& a spectaculo.Quo autem gerundium a participio differat.Vide in dictione Participium.

Geryon nomē regis hispani quem hercules interfecit.Quod nomē & Geryones.one.& Geryones.is.& Geryoneus secundum Priscianum declinari potest. Hinc Geryonaceus.a.um . Plau. Qui mihi stromisisti I ædibꝰ·qngẽtos coquos cū senis mūbus gñe Geryonaceo.Aristophanes

βάλλ᾽ ἀμαύχωσαι γηρυόνη πλατταλῶσι· ἆρ᾽ ἀπὸ τοῦ πλακιφίλου ὁ γὰρ γηρυόνης ἦν ὑφαλὸς ὢν πλωὸς ἀγῶν ἐφίσχε θ᾽ ἕρμαλέως

Germen dicitur quod ex arborum oculis nascitur surculus prægnans a generando dicitur generationis principium.

Germino germinas penultima correpta pullulo:& germen emitto.Cuius composita sunt.Cōgermino quod est coalesco socio coniungo . Varro libro tertio rerum humā.Postea cum his unā rēp. coniuncti ac cógerminati tenuere.Egermino ex trageermino.Columella libro quinto. Naꝫ pluri mū interest non esse longum sarmētum quod inseratur & rursus pluris oculos quibus egerminet inesse.Progermino ultra germinando eo. Ideꝫ I eodem. Vt & radices deorsuꝫ agat: nec ex propi quo negligenter in summa terra resecta progerminet.

Germinasco germinascis & eius compositum congerminasco:significant coalesco conitigor. Quadrigarius.Facite exempla eorum ut cum illis cō germinascere sciatur.

Germani quasi ex eadē stirpe geniti. Differtq; germanus a fratre:q; ille de eadem genitrice sit natus non ut multi dicunt de eodem germine natus:quos Varro tanteuꝫ fratres uocat. Hoc tamē cōfundit usus.Inuenitur enim germanus eē a parte patris& frater qui ex solo patre uel ex sola matre natus sit.Fœminium huius nominis ē germana. Virgilius. Inueni germana uiam gratare soroni .

Germania regio:quæ a Gallis Rhenis ac pannoniis Rheno & Danubio fluminibus a Sarmatis Dacisq; metu mutuo ac montibus separat.Hinc Germanici & Germanicani quæ inter se differunt:sicut hispanienses ab hispanis separantur siculienses a siculis . Nam germanicani dicuntur milites Romani in germania militantes. germanici qui ex germania sunt. Suetonius in Tyberio.Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem ante omnia ut æquarentur stipendio prætoriani germanicanis .Idem infra.Neq; enim deteriores esse aut hispanienſi exercitu qui Galbaꝫ aut germanicano qui Vitelliuꝫ fecissent.Germanici etiam dicti sunt quidam imperatores a deuictis germanis.Dicuntur & Germani ipsi indigenæ ut Strabo libro septimo testatur perinde ac fratres:quoniam & proceritate corporum & colore flauo & forma & moribus & uiuendi ritibus pares existimantur.Hi antea teutones appellabātur a Teutone eorum deo quem terra ortum existimabant. Postea alemanni dicti ab huiusmodi dei filio Manno.

Gergonia:oppidum in altissimo monte in regione Aruernorum.Cuius meminit Suetonius in Cæsare.

Gerusia in græcis urbibus uocabant conuentum senum:ut apud nos senatum & senatulum ab ætatis uocabulo.Plynius libro trigesimoquinto.Sic extruxere domum regiam atali trallibus item sardibus crœsi:quam gerusiam fecere. Victruulus. Crœsi domus quaꝫ sardiani ciuibus a requiescēdum ætatis ocio seniorum collegio Gerusiaꝫ dedicauerunt. Varro. Senaculum uocatum ubi Senatus aut ubi seniores consisterent dictum Gerusia.

Gesto gestas sæpe uel quasi continue gero.Hieronymus ad Helio. Hic est ille operani & quæstuariæ filius:hic qui matris gestatus sinu hominēꝫ deus fugit in ægyptum .

Gestito gestitas penultima correpta frequentatiuum.Plautus in Cur.Rogita unde istunc habeat anulum:pater istum meus gestitauit .

Gesta acta. Vide in dictione acta.

Gestus gestus est id quo indicatur quid geratur . Gestus gesta gestum participium a gero.

Gestuosus gestuosa gestuosum:quod ē plenum actibus lætitiæ .

Gestamen quicquid geritur:ut uestes arma sceptræ Virgilius libro tertio.Aere cauo clypeuꝫ magni gestamen abantis Postibus aduersis figo .i. qđ geri solebat a magno abante.

Gestatoriuꝫ:appellatur lectica sella siue carruca & omne id I quo gestamur. Hieronymus in libro secundo machabæorum.in gestatorio torqueba tur Antiochus ut de corpore impii uermes scaturirent.Suetonius de Claudio.Solitus etiam I gestatono ludere.Dicimus etiam gestatorius gestatoria gestatorium.ut sella gestatoria . Suetonius in Nerone.Interdiu quoq; clam gestatoria sella delatus in theatrum.

Gestio gestis gestiui uel gestii proprie significat gestus indicantes animi affectus corpore facio.Ex motu enim corporis gestus fiunt.Quod Cicero libro secundo ad herennium docet cum ait. Motus corpons est & uultus moderatō quædā quæ probabiliora reddit ea que pronunciantur.Cum ergo gestus sint quidam motus corporis dextra pedeue designati aut capitis ictu & huiusmodi profecto Gestire est gestus facere.

Gestimus autem quandoq; lætitiæ seu uoluptatis nimie causa iut in hymno. Enixa est puerpera quem Gabriel prædixerat: quem matris aluo gestiens clausus Ioannes senserat. Cice. li. i. offi. Aut uoluptate nimia gestiunt quorum omnium uultus uoces motus statusq; mutantur. Aliquando etiã mœstitiæ causa: ut apud eundez li. ii. ad heren. Sin utemur amplificatione per conquestionem fœmineo plangore & capitis ictu nonnunq; sedato & inconstanti gestu mœsto & conturbato uti oportebit. Interdum etiam quis gestit non prælætitia: neq; præmœrore sed præcõ cupiscentia. Plau. in am. Gestiunt pugni idest gestus faciunt siue mouentur. Quod autem Donin Teren. dicit non esse Gestire quod lætum est uerum dicit. quia quid est q̃ lætus sis? sequitur. Quid est quod sic gestis? Cherea enim gestus turpis amoris quosdam significabat. Sic Ply. libro octauo lætitiã a gestu disiunxit cum de panthera loqueretur his uerbis. Vt causam doloris intellexit: simulq; salutis suæ mercedem exemit catulos: eaq; cum his prosequente usq; extra solitudines deductus: læta atq; gestiente ut facile appareret gratiã referr. Similiter Cicero li. ii. de fi. bonoꝝ. Quorum alter lætitia gestiat: alter dolore crucietur. Significat etiam quandoq; Gestire desyderare: siue uehementer cupere: sed semper cuꝫ gestu aliquo: ut apud Ter. in phor. Ego illi succensẽ ipsum gestio mihi dari in conspectum nunc sua ut sciat culpa lenem patrem illuꝫ factum esse acerrimum. Quandoq; etiam lætari siue delectari. sed tamen congestu. Persius Nõ hic qui in crepidis graiorum ludere gestit. Aug. libro secundo conf. Vbi me pater in balneis uidit pubescentem quasi iaꝫ ex hoc in nepotes gestiret gaudens matri indicauit. Per translationeꝫ Ci. locutus est pro Marcello. Parietes mediusfidius ut mihi uidetur huius curiæ gratias agere gestiunt idest quasi gestu uidetur mihi parietes gratias agere. Et hoc ut Cæsari gratularetur. Huius cõpositũ est prægestio quod est ualde gestio ut exponit Prif. Hor. lib. i. car. Ludere cum uitulis salicto pgestientis.

Gesticulor. aris. gestum facio. Columella in præf. Nec minus corporum gesticulatoreꝫ scrupulosis sume tequirant saltationis ac musicæ studiosi.

Gesticularius. a. um. quod ad facientem actus lætitiæ pertinet.

Gesa hasta. Vide in dictione Cæsa.

Gessus fluuius apud Iones.

Gessuri pe. pro. regio in asia.

Gessemani. pe. cot. uilla pinguissima interpretatur.

Gessen. locus ægypti in quo habitauit Iacob.

Geth. allophylorum ciuitas fuit. Hæc nunc appellatur. Gaph.

Gethæ: populi in scythia europea. Quidam Gethas dacos appellãt: ut Apiano. Strabo arbitratur eos esse gethas qui ad pontum in orientem spectãt. Helius Spartianꝰ Gethas dici Gothos. De his Ouid. li. de ponto. Nulla getis toto gẽ est truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus singularis est getha. uel gethes.

Giarus pe. correpta. Insula parua ex cycladibus circuitu. xii milium passuum ad quam noxii damnabantur. Iuuenalis Plutahter dixit. Aude aliqt breuibus giaris & carcere dignum ut alias etiam notaret.

Gibber: & Gibbosus. & Gibberosus. qui Gibbum idest tumorẽ in dorso habet quauuis & pro alio quocũq; tumore solido ponatur. Iuuenalis Attritus galea mediisq; i naribus inges gibbus & aere malum semper stillantis ocelli. Gibbus & Gibba ipse tumor. Plynius Gallinarum genus gibbarum uocat. Ipse quoq; gibbus nominatur gibber. Iuuenalis. Attritus gibbere nasus. Iulius fitmicus tradit nasci gibberosos. qui i septima parte arietis habuerint horoscopum. Cor. Celsus tamen docet strumam extantiam quandam intergo. Gibbum uero in pectore.

Gigas gigantis uir altissimæ statute. & terræ filius a poetis fingitur. cum nihil aliud gigantes fuisse credendum sit q̃ hominum quandam impiam gentem deos negantẽ. & Ideo creditam deos e cælesti sede pelere uoluisse. Hic gigãteus. a. um. nomen possessiuũ. Iosephus uero libro primo antiqui. dicit gigantes fuisse ex dæmonibus scubis progenitos. Idem Aug. libro. xvi. ci. dei. Et Eusebius de ꝓpa. li. vii.

Gigantomachia gigantum pugna.

Gigeria: Vide. in dictione Gingeria.

Gigno. is. genui uel gignui. secundum. Diom. genitũ significat Genero Lact. li. iiii. Hac condition ne gignimur. Huius compositum est Ingigno. quod est intus gigno. Columella libro quarto. Tanquam naturali & ingenita sterilitate laborantibus Hinc ignis dictus est q̃ in eo nihil gignatur & Prægnans quæ iam occupata est i generando quod conceperit. & benignus nomen compositum ex bono & gignendo.

Gilo: nomen ciuitatis: aqua Gilonitæ penultima producta homines i ea habitantes dicuntur. Est & nomen uiri. Iuuenalis. Vnciolam proculcius habet: sed gilo deuncem.

Giluus color. medius inter album & rufum. color Mellinus.

Gindes: fluuius qui per dardanos fluens ingreditur tygrim.

Gingiuæ. penultima producta i quibus dẽtes sẽt a gignendis dentibus. Lactantius libro de opi. Dentes aũt ipsos ne magis horroti quam ornamento essent gigiuis mollibus. quæ a gignendis dentibus nominantur. ac deinde labiorum tegminibus honestaut. Iuuenalis Frangendus misero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum est Ginginula. Apul. Complanatorem tumidæ ginginulæ.

Gingrio.is.gingrii gingritū. Et autem Gingrire anserum uocis proprium. Vnde genus quoddaꝫ tibiarum exiguarum a uoce anserum. Gingriue dicuntur. A qbus Gingritor tibicen.

Gingretia: ex multis opsoniis decerpta appellantur. Quidam tamen Gigeria sine. n. scribunut. Esseque Gallinarum intestina & quæ cum his coquebantur. Lucil. Gigeria sunt sine alio his uescamur alacriter.

Gion: fluuius qui apud ægyptios nilus nocatur. In paradiso oriens uniuersam circuit æthiopiaꝫ Iosephus. Gion quoq; per ægiptuꝫ fluens ostendit eum qui nobis ab oriente redditur quē græci appellant nilum. Significatq; hoc nomen terræ hiatum. Quo nomine etiam uocatus est mons i iudæa. apud quem Salomon in regem unctus fuit.

Girgillus instrumentum quo fili reuoluuntur.

Girimimōs apud Garamantas in quo nasci gemmas uetustas restata est.

Glaber. a. um. q; est læue. & sine pilis Plau. in aul. Tu istum gallum si sapis glabriorem reddes mihi quam uolusius ludius. Nonius de doctorum indagine. Legitur q; ludis præsulis pueri essent glabri ac depilrs propter ætatem quos antiqui ludios apdellabant. Augusti. lib. vi. ciui. dei. Aq bus autem spernentur glabros. aut male barbatos uideremus. Huius diminutiuum ē Glabellus Glabra etiam siue Glabella uocaf interstitiuꝫ supercilia supra nasum disterminās. quia sine pilis esse consueuit. Martianus capella. li. i. Quarum una deosculata philologiæ frontez illic ubi pubē ciliorum discriminat glabellæ medietas.

Glabriones idez quod galabri. Et apud romanos erat glabrionum familia. Ex qua Acilius Glabrio nr romanus fuit.

Glabreta. a Columella dicuntur loca quæ nihil ferunt. Hæc græci phalacras quasi calueta appellant quæ satis fruticibusq; nuda sunt.

Glabresco glaber fio. ppric Glabescere. est sine pilis aut capillis aut plumis fieri. quod euenit nō nunq; morbo aliquo. Transfertur etiā quādoq; ad herbas. Col. libro. ii. Nā dum a pecudibus legumina proculcātur: herbæ etiaꝫ ungulis atterū tur. Arq; ita glabrescit. & fit idonea feminibus. area ideſt fit glabra mundaq;.

Glacies: aqua congelata a Gdu. quasi Gelacies.

Glaciari est in glaciem conuerti. Plyn. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glacitare. proprium est uocis anserum. Ouí. Cacabat hinc perdix hinc glacitat sprobus anser.

Gladius i ensis a clade dici uidetur. quia ad clandem sit inuentus. Dicitur & gladium neutro genere: ut docet Varro. Hinc Digladior. aris. de quo alibi. Est & Gladius genus piscis marini.

Gladiolus: parus gladius. Quo nomie etiā dicta est herba quædaꝫ. quod sit folijs gladii similis. Flores habet purpureos.

Gladiatores i dimicatores dicuntur. Ci. li. iii. ad heren. Tanq; gladiator habuerit. Interr gladiatores specialiter sunt rætiani qui aduersus mirmillonem pugnabant dicti a ræte qnod sub scuro gerebant ut mirmillonem inuoluerent. Mermillones dicebātur gladiatores qui genere quodam gallicæ armaturæ utebārur: qnod mirmillonuꝫ dicebatur. Vnde Galli ante nō mirmillionrs nocabantur in quorum galeis piscis effigies erat. Solebant autem rætiarii aduersus mirmillioneꝫ pugnantes hæc uerba cantare. Non te peto piscem peto: quid me fugis galle.

Gladiatura. æ. ars ipsa gladiatorum.

Gladiatorio. a. um. quod ad ad gladios pertinet. Vnde Spectacula gladiatoria. Cyprianus ad donatum. Paratur gladiatorius ludus ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Sal. Item ex senatus consilio decreuere: ut gladiatoriæ familiæ capuam & inter cætera municipia distribuerentur. De gladiatorum origine ac causa. Iulius Capitolinus habet hoc pacto. Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem contra hostes sacram ut ciuium sanguine litato spem pugnarum fortunam satiarent. Alii hoc litteris tradunt. quod uerisimillimus credo. Ituros ad bellum romanos debuisse pugnas uidere & uulnera & ferrum & nudos inter se cocuntes ne in bello arma tos hostes timerent: aur uulnera & sanguinem perhorresceretent. Hinc mos tractus uidetur ut imperatores ad bellum proficiscentes munus darēt gladiatorium.

Glaneus nomen proprium uiri Chii qui primus omnium ferri cōpactionē ferr excogitasse.

Glaphyrus. penultima producta: festiuus iucundo ornatus politus. cōcauns sculpens famosus astutus.

Glans glandis. & Glandis glandis dici potest pro fructu arboris quercus & aliarum arborum glādiferarum. Plyn. li. xvi. Dulcissima rst omnium glans phagi. Vir. Et concussa tantum plult ilice glandis. Sed qnia ex his homines quondam uiuebant glandis appellatione ut Vlpianus sentit omnes fructus continentur. Hinc Glans plumbū quod est in modum glandis formatum. Sal. in Iug. Pars eminus glāde aut lapidibus pugnate. Item glans pars summa colis dicitur quæ perpetuo tegitur oculo similis. Præputium enim prilis ē q; glās tegit. Coles ipse penis a quo Colei pēdēt. Rursus Glādes seu Glādulæ ē morbo fauciū ob quandam glandis similitudinem. Ibi. n. est caro glanduloia: quæ ab antiquis boni sapo ris putabatur. Mar. Partirur apri glandulas paie strictis. Apitius. Interpones pulpas pulli glandulas edonas. Hic illa pars suis laudatissima. Glādium dictum est. Solent autem hæ glandulæ in tumescere adro ut hominem graui morbo infestent. Hunc morbum etiam Tonsillas dicunt. Plyn. lib. xxxvii. de Electro. Pado uero annexa

fabula euidente causa. Hodieq; transpadanorum agrestibus maxime decoris causa sed & medicinæ quoniam tonsillis creditur resistere & fautiū uitiis. Idem lib. xi. Tonsillæ in homine in sue glandulæ quæ inter eas unæ nomine ultimo dependet palato. A Glans fiunt Glandeus. a. um. Glandulosus. a. um. Glandifer. Glandula diminutiuum. Inglans. & Diinglans. Glandatio.

Glandario. Glandium collectio. & pastio suum ex glandibus.

Glandium pars quædam intestinorum est ut ingt Pris. Alii uolunt esse partem Apri iuxta ceruicē uel ipsam ceruicem. In hac enim glandulæ positæ sunt. Plau. in cap. Pertruncauit tribus tergoribus Glandia. Inde Caro glandionica. Idem in Mene. Glandionicam suillam: lardum pernam. Esse autem suis hanc peculiarem laudem ostēdit Col. qui porcum laudat qui est amplæ & glādulosæ ceruicis. Dicuntur etiam Glandulæ de homine. Celsus li. iiii. Itemq; arteriæ quas paroti das uocant sursum procedentes ultra aures ferūtur & in ipsis ceruicibus glādulæ positæ sunt.

Glarea. pen. cor. fabulosa quæ in fluuiorum ripis: uel maris littoribus reperit. Hiero. In terra auri quæritur & de fluuiorum alueis splendens profertur glarea. Liui. Aut ipulsa leui turbat glarea ucna: Huius diminutiuū est Glareola cum accentu in antepenultima. Plau. Glareolam manu effundens:

Glareosus. a. um. quod est plenum glarea. Ply. li. xxvi. Silaris nascitur glareosis & peremnibus riuis cubitalis apii similitudine.

Glastum. herba similis plantagini qua britanni se inficiūt ut auctor est Cæsar: quo horridiori sint aspectu in pugna. Efficit enim cæruleum colorē.

Glaux gce γλαυξ auis noctua a q̄ glaucq; color.

Glaucus colot uti Placidus grammaticus docet interdum ponitur pro uiridi. Est enim qui admistum habet uitori alborem. Vnde Vir. Glaucas salices & oliuas dixit. Itez in hominibus & eqs glauci oculi pro splendidis dicuntur. Hunc colorem quidam Cæsium uocant. Legimus nōnunq; & maris colorem glaucum: sed tunc quando canescit fluctibus. Vñ Glaucus deus marinus senior fingitur ex piscatore conuersus in deum gramine gustato. Fuit & alius Glaucus qui primus ferri cōsolidaturam inuenit. Alius Hippoliti filius a quo Iones nati sunt reges. Multiq; hoc nomine sunt uocati. Et Glaucus nomen piscis est.

Glauciū herbæ genus syluestris & erraticæ rūagne uocatur. Alii paralaion dicunt. Nascitur in asfalto maris: aut nitroso loco inde nomē assumpsit. Nam Glaucus cæruleum significat qui color ē maris.

Glaucium græce dicitur oleum mustum hoc est expressum anteq̄ oliuæ premant. Nas γλαῦκος græce: latine mustum.

Glaucoma. atis. Glaucomatum. ati. & Glaucoma. mæ. uitium humoris eius qui crystallinus appellatur in colorem glaucum mutantia in oculo. Plau. in Mili. Glaucomā ad oculos obiiciemus. Serenus. Si uero horrendū ducent glaucomata plumbum: spiritus alterius prodest qui grana cymini pallentis madens uisus exhalat in ipsos. Hypochysis uero siue quod idem est. Hypochymata quæ nos suffiones uocamus oculorum fit ex humore inter corneam & crystallinam partē concreto. Interdumq; hæc oculi potentiæ quæ cernitur se opponit.

Glaucopis. pe. corre. idis. habens oculos cæsios. Quo nomie dicta est pallas quæ a latinis dicit Cæsia. Diodo. scribit autem nominatu; eē pallada. & ideo dicit glaucopin quoniā aer glauci hoc est uiridis sit aspectus.

Glessaria insula i oceano germanico quæ Solino teste crystallum dat succinum.

Gleba. cæspes terræ. dicta q; sit quasi globus. Huius diminutiuum est Glebula. Col. lib. i. Eadem euentilata mundiora sunt lapilliq; carent & glebatis quas per tritura; fere terrena remittit area.

Glis: gliris genetis fœminini. tra argyllosa. Glis glitis etiam generis fœm. Cæduus dicitur Glis gliris. generis masculini. animal muri simile. nutritur in arboribus. Mar. Somniculosos ille porrigit glires. Idem Tota mihi dormit hyems & pinguior illo tēpore sū quo me nil nisi somnus alit. Hic Gliratium. pro loco in quo nutriuntur glires. Var. Glirariu; dissimili ratione habetur. q; aqua sed maceria locus serpitur.

Gliſco. cresco. Lucr. lib. vi. Gliscente in dies sedictione. Item pinguesco. Columella lib. ii. Prius tamen q̄ exilem terram iteremus stercorare conueniet. Nam eo quasi pabulo gliscit. Idem li. viii. Paleis quæ pene omnibus regionibus abundāt etiam glilcit. s. asinus. Itez ardeo cupio: ut in hymno. Nam gliscit animus promere cantibus uiciorum genus optimum. Huius compositum est Pergliſco. Columella lib. viiii. Quæ prima luna saginari cœpta uicesima pergliscit.

Globus & Globum utroq; modo dicitur pro corpore solido undiq; rotundo quem Græci Sphæram appellant. Vir. Lucentemq; globum. Ponitur quandoq; pro multitudine hominum: siue aliorum animalium: aut alterius cuiusq; rei simul collecta & quasi conglobata. Sal. Alii fiducia gnaritatis locorum ocultam fugā sparsi: alii globis eruptionem tentauerunt. Sciendum q; si globus ex filo aut alia simili re facto sit Glomus dicitur. A Globus fit Globosus. a. um. pro rotundo spissatoq;.

Globo globas. aceruo aduno. a quo Conglobo: de quo supra.

Glocido. as. pe. cor. proprium est uocis gallinarum cum ouis incubituræ sunt. Quod fit crebris singultibus interiecta uoce acuta.

Glocio. is. idē q̄ Glocido. Col. li. ix. Obscruare

debet custos dū edāt ona ut ea q̄ nata sūt recolli gāt: notēturq; quoq; die sint edita: & q̄ recētissi ma supponātur glocienribus.

Glomo glomi. & glomo. erīs. ē globo ex filo facto

Glomero. as. pe. cor. Implico & globi speciem formo: siue tilū induco. Per trāslationē Golmerare sumīt. pro cōgregare accumulare. Vir. Et fœdaz glomerāt tēpestatē imbribus atris collectæ ex alto nubes. Hinc fit cōpositū. Agglomero. qd̄ est applico adiungo. Vir. Et lateri agglomerāt nīo.

Gloria est frequēs de aliquo fama cū laude. Quintil. Consentiēs laus bonoz gloria appellat. Hāc Aug. dixit ee iudiciuz hominū bñ de hominibo opinātiū. Et tñ inanis gloria nitiorum plærūq; Laudatrix: q̄ diffluit q̄ sit popularis fama ex honestatis simulatione pueniēs. Ci. li. offi. Vix inuenit qui laboribus susceptis: periculisq; aditis nō quasi mercedē reze gestaze desyderet gloriam Inter gloriā & clatitatē hoc itereſt ut inqt Scne. li. xviii. epistolaze motaliū. Quod gloria multoruz indiciis cōstat. claritas bonoze.

Gloriola dimin. ē. Ci. Luceio. Illa nos cupiditas t cēdit q̄ alacres alo sumus ut cæteri uiuētibo nobis ex libris tuis nos cognoscāt & nosmet ipi gloriola nostra perfruamur.

Glorioſus. gloria plenus. ut glorioſus homo: glorioſus dies. glorioſus triumphus. Cuius cōtrariū est Inglorius: qui nulla laude aut gloria dignus est: & ueluti ignobilis. Vir. li. iiii. Ge. Ille horridus alter desidia latāq; trahens inglorius aluuz. Interdū tñ Glorioſus affectionē significat & in maluz: ut glorioſus dicat qui se inaniter iactatt uel alterius inani laudatione effertur. & laudari quærit: ut miles glorioſus apud Ter.

Glorior. aris. cōstruit modo cū ꝓpositione de. Lactā. de ita. Apollodorus qdē ut de ciui & ꝓpulari sua gloriatur. Mō sine ꝓpositione.

Gloriabūdus qui abunde gloriatur.

Glos. appellat mariti soror: atq; idē fratris uxor.

Gloſſa. æ. per duplex. ſſ. latine lingua dicit. Vnde Gloſſæ & gloſſaria pro interꝓtationibus ponūt. q̄ uice linguæ hoc est uice doctoris fungantur. Quintil. Gloſſæ sunt secretioris linguæ expoſit

Gloſſemata significāt uocē minū usitatā tōes.

Gloſſematici: qui gloſſas cōficiunt.

Glubo. is. corticē detraho. Vnde Et pecus glubi dī cū pellis detrahitur. Cato de re ruſ. Salictuz suo tēpore cæditor glubito: arteq; alligato: librū conſeruato. Sue. de Tyber. Boni pastoris ē tondere pecus: non deglubere.

Gluma. folliculus grani frumētarii. a glubēdo. q̄ eo folliculo deglubatur grū: hoc est decorticet. Auctor Var. lib. i. de re ruſ.

Glucidatū: suaue & iucūdū a græco γλυκὺ qd̄ dulce significat.

Glatio. is. iui. itū. deuoro. Iuue. Quales tunc epulas ipsuz glutisse putamus induperatorem. Hinc fit deglutio.

Gluto. Guloſo. Amb. Sic amat diabolo filioſ suoſ ut perdat: sicut amat gluto porcellū ut comedat.

Gluten. & glutinū. pe. co. colla dicit græce. Aug. li. iiii. cō. Laudet te exillis ala mea deus creator olum: sed nō ꝓfingatur in eis glutino amoris per sensus corporis. Hinc Glutinoſus. a. uz. Ply. Ptioris laus ut recens sit & lenis: linguæq; glutinoſa. Col. In asia mysiaq; densa; etiaz glutinoſa terra maxime exuberat.

Glurino. as. pe. cor. cōiungo ferrumino. Ply. Vis bituminis q̄ sulphuris sistit discutit attrahit glutinat. Idem. Quo genere sistitur sangnis: & nulnus glutinat. Huius cōpositā Agglutino. Aug. li. iiii. cō. Quia nō è uera amicicia nisi cū eaz tu agglutinas inter hærentes tibi charitate diffusa in cordibus nīis. Cōglutino. Ply. li. xxiii. Cortex uitiū & folie arida ulneze sanguinē sistāt: ipmq; uulnus cōglutināt. Deglutino. a glutine libero. Idē li. xxv. Purgāt ulcera oculoz: explentq; & ad cicatricē perducūt: palpebras deglutinat.

Glutinamētū: cōpactio: cōiunctio. Ply. li. xiii. De prædendit & lētigo. ſ. chartæ oculis: sed mediis inserta glutina mētis.

Gluo. is. glui. distringo. ualde stringo. Varr. de re ruſ. Duricia est. n. ea q̄ nō solū stringit baccā. ſz etiā ramis gluit ac relinqt ad gelicidiū.

Gnarus: & Narus. dī scius & peritꝰ. Gnaritas scitia. Sal. Nāq; alii fiducia gnaritatis locoze occulta fuga ſpſi: alii globis eruptionem tētauere. Hoze cōtraria sunt Ignarus & ignaritas. Gnare aduerbiū. perite: q̄ nīq; aperte. Apul. Qui Gnare id nostris oculis cōtēplari sumus. Vide in dictione Ignoro. Antiq Gnariter ꝓ gnare dixere a quo ꝓgnariter qd̄ significat audacter strenue. Plau. Age iudica prognariter.

Gnarauit Liuiꝰ posuit: pro eo quod est narrauit. & gnarauisse pro narrauisse.

Gnoro. as. scio. licet nō sit in usu. sed eius cōpoſita habētur Ignoto & Dignoro. de qbus alibi.

Gnauus & Nauus. Induſtrius. De quibus in dictione Ignauia.

Gnathos. latine Gena maxillaue dī aut bucca. In de apud Terē. Gnatho parasitus.

Gneus corporis insigne est. & prænomen.

Gnidus. ciuitas lyciæ: q̄ duos portus habuit & in frōte insulā q̄ stadia septē ambitus cōplectebaſ. Theatralis & alta aggeribus iuncta conuenni. E Gnido uiri memorabiles fuerūt. Eudoxus mathematicus Platonis sodalis. & Agatharchides peripateticus historiæ cōditor. & Theopōpus Iulio cæsari familiaris. & Arthemidorus eius filius. Et his antiquior Cresias qui xerxem medicatus ē: & res syriacas persicaſq; cōscripsit.

Gnosis. latine Cognitio: scientia noritia.

Gnoſos urbs cretæ in plano sita: q̄ alio nose Cerathus iut scribit Stra. appellata fuit a flunio. Ea fuit Minois regia. Hinc Gnoſius. a. uz. & Gnosidus. a. uz. Suidas. Κνώσιος ὄνομα κυρίου καὶ ὁ πολίτης ἐστὶ Κνωσσοῦ Κνωσσὸς γὰρ πόλις ἐστὶν Κρήτης.

Gnomones dicuntur quarti dentes: quibus equoruz ætas dignoscitur. Alii Gnomonē aliter acci

piunt. Aug. i dialec. Si detracti loco addas gnomonē q hemicycli spē ponituri plus tetragono maiori q̄ detraxeras reddidisti. Herodot. uero sic Nā poluet & gnomonē. i. normā &. xii. dici partes a babyloniis græci didicerunt.

Gobius piscis: qui & Gobio dī. Iuue. Cum sq̄ sibi gobio tantum in loculis. Martia. Principiuꝫ cenæ gobius esse solet.

Gomor proprie mensura uini est; ut interpretatur Ambro. in epistola ad Iustum.

Gomorra. & gomorum utroq; modo dicitur. sicut Sodoma & sodomū. Solimus de situ Iudææ. Ibi duo oppida. Vnum sodomum. alteꝫ gomorum appellatum.

Gonorhœa. dici pōt semen fluens: uel seminis fluxus. Naꝫ γονοꝫ semen. & ῥοη fluxus γονοςῑτē filius dicitur quod patet per cōpositā eius Antigonus Chrysogonus.

Gorgias. nomen proprium ꝫ rhetoris celeberrimi q pulcherrimuꝫ libruꝫ de cōcordia Græcis tunc i ter se dissidētibus recitauit olympiæ. Fuit & alio Gorgias phūs Leontinus. qui ausus est in conuentu poscere quadere quisq; uellet audire q de omni re q̄cunq; in disceptatiōeꝫ q̄stionemq; uocaretur. se copiosissime dicturū esse profitebat.

Gorgones. pe. cor. dictæ sunt Phorci filiæ. s. Scylla Meduſa Stenio & Euryale. q̄ Dorcades: Insulas in oceano æthiopico sitas habitasse dicunt contra hesperidum hortos q̄ ab agilitate nomē habent γοργον. n. agilē dicunt. Scribit Diodo. Fœminas fuisse Iaphrica bellicosas aduersus q̄s Perseus bellum gesserit: & eaꝫ reginā Meduſaꝫ debellauerit. ac interfecerit: ex cuius cruore ut ē in fabulis mox natus est pegasus alatus equus: inde ad heliconē boetiæ mōtē euolās & pede saxuꝫ ferieus πηγη phoc ē fonteꝫ apuit a quo pegasus ē nolato & ab eo fons ipe hippocrene siue pegaseꝰ siue caballinꝰ dictꝰ. a Gorgone. eus. a. um. Ouid. Gorgoneas tetigisse domos. Suidas. Ταῦτα γυναῖκα αἰθιοπῖδα εἶχον φορκὸς καὶ κητώ· ἃς ὁ Περσεὺς ἀπέκτεινε καὶ τὴν θάλασσαν ἐπόησε πορευτὴν τοῖς ἀπὸ τῆς Λιβύης ἕνεκα τῆς γεγενημένης ἐπιθέσεως.

Gothia regio europæ cōtermina daciæ & nouergiæ: ex q̄ Gothi Imanes populi. qui olim Italiam armis subegerunt.

Grabatus pe. pro. lectus exiguus in quo meridiari solēt. dictus quasi Carabatus: q̄ i eo capite recūbamus κεφαλ. n. caput. βατον parui græci dicunt. Vnde & pro lecticis pauperū & mendicantium grabati accipi solent: ut est illud in euāgelio. Tolle grabatum tuuꝫ & ambula. Ci. li. ii. de diui. Diuersa facit lectos & grabatos ait. n. Conuersare omniū mortaliū q ubiq; sunt nō modo lectos uerūetiam grabatos.

Gracchus nomen auis cornici similis nisi q minor est a uoce quā facit uel a gerendo dicta q ia cra segetū semina geratuel quia ex oluetis cubitū se recipiens duas pedibus baccas: tertiā ore ferat. Seu ēt q gregatim uolitet: siue a ḡcilitate propter prauitatē. Est huic furādi natura ex quo nōnulli Monedulaꝫ eam appellauere a furandis monetis. Exprimit sermonē humanum & cauea emissus reuertitur. Huiꝰ diminutiuū. est Graculus: Haꝫ aniū tria sunt genera: Maiusculæ similiores sunt cornicibꝰ nisi q nigriores. Minimæ & intereas mediæ quibꝰ rostra & pedes rubēt.

Gracchus per duplex cc. & cū aspiratiōe cognomē fuit familiæ romanæ. Duo aūr fuerunt Gracchi fratres. Tiberius & Caius ambo eloquētes quorum eloquentiæ mater Cornelia multū cōmlut: ueꝫ & doctior & eloquētior fuit Caius qui erat minor natu: quo nemo plenior nemo uberior fuisse fert. Grādis erat uerbis: sapiēs sentētiis: grauis toto genere.

Gracile adiectiuū. pe. cor. significat q dī est tenue ac corpore macilētuꝫ. Turpil. Nosti q̄ sit gracili corpore. Quod & Gracilēs. tis dī & gracilētum. Neuius. Vide gracilētis colorē. Interdū Gracile ponitur pro molli. Hora. Quis multa gracilis te puer in rosa. A gracilis fit ḡcilitas & ḡcilitudo.

Gradus sunt ex quibus scalæ cōstant: & qbus ad ædificioꝫ altiora cōscenditur. a Gradiēdo dicti q per eos eatur. Vir. Aerea cui ḡdibus surgebant limina. Gradus etiam gradiētiū pedum uicissitudo est ut apud eundē. Gradibusq; sonare cōpositis. Interdū gradus sumitur pro stādi firmitate. Ci. li. i. offi. Nec tumultuātes de gradu deiciuntur. Hinc gradum facere & ḡdum iacere dicimꝰ ut si in arborē tectūue scādere uelim ex saxo aut scāno: aliquaue alia re ḡdū facio. Ci. cōtra Rul. Hunc quasi gradū quēdam atq; aditū ad cætera iactū intelligetis. Gradus quoq; cognationis dicti sūt ad similitudinē scalaꝫ locorūue decliuiū quos ita ingredimur ut a proximo in proximuꝫ ideſt in illū qui quasi ex illa nasci uenīamus. Quapropter graduuꝫ huiusmodi alios superiorꝭ ordinis esse Caius scribit: ut sunt pater & mater q̄ sunt in primo gradu. In secundo Auus & Auia. In tertio proauus & proauia. Alios inferiorꝭ sint liberi: Alios ex trāsuerso. siue latereint fratres & sorores liberiq; eoꝝ. A Gradꝰ sunt Tardigradus. a. um. pe. cor. qui tarde graditur. Vnde testudinē tardigradā dicimus. Spissigradus. pro frequēti graduū motu icedente. Plau. Spissi gradissimos tardiores q̄ corbitæ sunt in tranquillo mari.

Grador. aris. q̄si. p ḡdus eo. a quo regēdor de quo alibi.

Gradator. a magno ḡdu. Plau. i pe. Vicetis cursu ceruas. & gradatorem gradu.

Gradarii equi qui sine succusatione molliter incedunt. Lucil. li. xiiii. Ipse equus non formosus gradarius optimus.

Gradatio apud rhetores dī cū ex prima sētētia oritur secunda: & ex secunda tertia atq; ita deſcepſ.

Gradatim. aduerbiū significat per gradus & ordinate lenteq;. Var. li. i. de re ruſ. Cito q̄dē inquit gradatim alium p̄ponens alio agruꝫ meliorē dicit esse in nouē discriminibus.

Graduus. pe. pro. a gradiēdo. uel quia gradatiꝫ &

& per ordines in bellum itur. Vnde Mars gradiuus dictus ē. Sūt tñ q gradiuū a gramine dictū putēt qa gramine sit ornus. Vñ & graminea corona in re militari maximæ ē honorationis. Alii a uibratione ꝓpter hastas crebro in bello uibratas: quoniā græci κραδαίνειν uibrare dicunt Alii gradiuus nō latinū nec græcū sed thrax uocabulum esse significare bellicosum & fortem.

Gradior eris. gressus. ſigt uado. Lact. li. iiii. Claudis uero ac pedā uitio affectis nō mō gradiēdi sed ēt currēdi dabat facultatē. Huius cōposita sūt Aggredior. Añgredior. Congredior. Digredior. Egredior de quibus alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimnq; Igrediot forū & in forū. Aliq̄n ponit ꝑ simplici gradior incedo. Vir. li. iii. Ge. Cōtinuo pecoris gñoſi pullus in aruis Altius ingredit. Ci. ad Atticū. Si dormis expergiſcere: ſi stas ingredere: ſi ingrederis curre: ſi curris aduola. In terdū ſgredi ē ꝓuenire & ſe oſtēdere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in conſpectu ingredi. Ingredi in mulierē ē mulieris perſonaꝫ aſſumere. Hier. in pſal. interpretatōe. Solet in theatris unus hō frequēter diuerſas habere perſonas. nūc ingredit in mulierē: nūc in uirū: nūc in regē. Et qui in regē ꝓceſſerat rurſus in ſeruū ꝓcedit. Interdū ē quaſi incipere. Lactan. li. vi. Iuſtus ergo quoniā durū aſperūq; iter ingreſſus ē. Introgredior. Vir. Poſt q̄ ſtrogreſſi & corā data copia fandi. Progredior ultra ꝓcedo. Ci. ſ Læl. Id primū uideamus ſi placet: quatenus amor in amicicia ꝓgredi debeat. Hinc ꝓgreſſus & ꝓgreſſio. Idē lib. i. Tuſ. Qui errantiū ſtellarū motus ꝓgreſſiones ſtitutioneſq; notauit. Hic ꝓgreſſus & ꝓgreſſio ꝑ ꝓceſſu. Ali q̄n ante gradior. Plau. Extremū intra carcerē ipſum ꝓgreditur parthenopeum. Prætergradior: ultra tranſeo. Ci. Apio pul. Currēs Lepta uenit: mihiq; nūciauit te iā caſtra prætergreſſū ēe. Apul. Cūq; ſtabulū prætergreſſus fuiſſeꝫ. re cognita coepi retrocedere. Hier. Ponā & aliā expoſitionē ne q̄d uidear prætergreſſus. Regredior retro gradior reuertor. Plau. ſ Aul. Illuc regredere ab hoſtio Lactan. li. vi. Cū uērū fuerit ad extremū uñ iaꝫ regredi nō licet. Supergrediot ſuper ambulo ſuper o ut ē illud. Sꝫ tu ſupergreſſa es uniuerſas. Subtergradior tranſgredior ultra gradior. D. Brutus Ciceroni. Vt alpes trāſgrederer. Lactan. li. ii. Nemo tūc milleſimū annū trāſgreſſus ē. Tranſgreſſio apud rhetores dicit cū ab ea ſentētia quaꝫ ꝓpoſuimus cōuertimus ſermonē ad aliquam perſonaꝫ ut rē aut fortunaꝫ & tanq̄ præſentē appellamus ut hæc mīer nuper fuit locuples & potēs in amore atq; deliciis neceſſariorū: ornatus opibus abūdabat: magnus ancillaꝫ quæ ſequebantur comitatus appellabatur. Nūc cōtra ſubito & graui caſu afflicta uix mediocris ancillulæ dignitatē retinet: o fortuna q̄ nehementer te reꝫ uarietas oblectat: & q̄ magno odio ē tibi beatæ uitæ perpetuus & conſtans fructus.

Graſſor aris. q̄ſi a gradior frequētatiuū eſt. Feſtus. Graſſari ꝓprie dūr latrones uias obſidētes. Gradi ſiquidē ambulare ē. Vñ tractū graſſari ab impetu gradiēdi. Sed cū qs graſſat. i. cuꝫ impetu ſiue frequēti gradu uādit aliquē & bono & malo animo graſſari poteſt. Ideo & in bonam & in malam partē accipi poteſt. In bonaꝫ. Sal. ſ Ing. Sed dux atque imperator uitæ mortalium animus ē q̄ ubi q̄ ad gloriaꝫ uia graſſat. i. cum fiducia quēti gradu uadit abūde potēs polleſq; & clarus ē. Sitius. Graſſandū ad clara periclis. In malam. Lact. li. ii. Suis. n. uitiis perditi ſæuiūt & graſſantur: ut perdāt. i. cū frequēti gradu uadūt. Ab hoc malo animo in hoc uerbo Graſſor ſæuio ſignificatio naſcit. eo q̄ cū quis graſſat. i frequēti gradu ſiue cū impetu ꝓperat in aliquē ut ipſum telo ſeu quouis alio modo feriat: nel malo animo rapiat hoc ſæuire dicit. Lactan. li. iii. Arethipirata quiſpiam uel latronū ductor ſi ſuos ad graſſā dū cohortet. Cæſar. Graſſari in hoſtes uetat. Ali q̄n in hac ſignificatōe ita accipiūt: ut etiā in ꝓpriam ſignificationē redigat. Liui. li. ii. Trecēti cō iurauimus principes iuuētutis Romanæ ut in te hac uia graſſaremur. Huius cōpoſitū Oggraſſor quod ē obuiā ſeu cōtra cū impetu aut frequenter gradior. Plau. in Pen. Niſi cū pedicis condidici iſtis oggraſſari gradu.

Graſſator: q̄ per uiaꝫ & inſidias latrocinat. Iuue. Interdū, & ferro ſubitus graſſator agit rē. Calliſtratus. Graſſatores: qui prædæ cauſa id faciunt ꝓximi latronibus habentur.

Græcus cū æ diph. nomē uiri ꝓpriū: a quo græcia regio europæ dicta ē. a qua græcus. a. nm. quod ex græcia ē. Hæc ab iſthmi anguſtis incipit & a ſeptēttrione in meridiē uecta: qua ſol ægeis: qua occidit Ioniis fluctibus obiacet. In ea athenæ & Marathonii campi Citheron & parnaſus mōtes

Græcoſtaſis pe. cor. quaſi græcoꝝ ſtatio. Locuſ de quo Varro ſic habet. Añ curiaꝫ hoſtiliam roſtra ſub dextra a comitio locus ſubſtructus ubi nario nū ſubſiſterēt legati: græcoſtaſis appellatus a parte: ut multa ſenaruꝫ ſupra græcoſtaſim ubi ædis concordiæ baſilica opima.

Graiugenæ. pe. cor. græci dicti ſunt.

Græcari. pe. cor. ē cōuiuiis & libidinibus operā dare ab eo q̄ græci libenus ſe haberēt in cōuiuiis. Nā quandoq; nerba trahunt a monbo nationū

Gralæ fuſtes furculas hēntes ſunt qbus niſitunt. Hinc grallatores dicunt q̄ in perticis abiegnis paſſus ingentes faciunt. Grallatorū gradū Plautus maximū. ſicut ecōtratio murrulū formicinū & teſtudinū. Plau. Vinceretis ceruas curſu & grallatorem gradu.

Grāma atis. & grāmatū ati. latine lſa dicit. Vnde Epigrāma & epigrāmatū cū aliis a grāma cōpo

Grāmatica litteraria dicit. Eſt. n. ut lſæ ſuas cuſlo diant uoces: & quaſi depoſitum reddant. Eſt. n. grāmatica rectæ loquellæ: rectæq; ſcripturæ ſciētia quæ uſu rōe auctoritateq; conſtat.

Grāmaticus litteratorius ſeu litterator q̄ grāmaticam docet q̄ & grammatiſta dici pōt & triuialis Sed & poetaꝫ interpretes grammatici dicuntur

nerſanturq; non ſolum circa ſermonem ſed etiaꝫ circa hiſtorias & carmina euagauſ. Mar.de Epi grāmatis ſuis. Grāmaticis placēt & ſiue grāmaticis. Grammatici prius critici dicti ſunt auctore Dione Chryſoſtomo. Cor.nepos ait Iſatoſ ꝓprie appellādos eſſe poetaꝫ interpretes qui a grǽcis grāmatici nominātſ: eoſdē iitteratores uocitatos Meſſala Coruinus auctor ē. Sūt q grāmaticū a grāmatiſta diſtinguūt: ut litteratū a litteratore tā q̄ grāmaticus abſolute & perfecte doctus ſit: ſicut litteratus. Grāmatiſta ſicut litterator medio criter eruditus. in malam partem accipitur.

Grāmaticus a.um.qđ ad grāmaticam pertinet.

Grāmatei dicunt ſcribæ q tōes publicas in tabulis ſcribūt. Apul.li.xi. Tū ex his uuus quē cunctī grāmatea dicebant. Hi ēt ab epiſtolis & cācellani dicūtſ. Hic archigrāmateus priceps ſcribaꝫ.

Grāmatophylaciū locus ubi ſcripta publica ſeruāt

Grāme lōgitudo ſine latitudine mēſuræ ſubiecta. Aug. Si omiſſa latitudine ſolam qs lōgitudiuē uoluerit emetiri lōgitudo ſine latitudine mēſuræ ſubietta grāme dicit: non ꝙ ſit lōgitudo aliqua quæ careat latitudiue: ſed ꝙ ſolam qs metiēs lōgitudinē grāmen metiri dicit. Et hæ Liuea a noſtris dicit. Eam ita diffinit Euclides. Linea eſt lōgitudo illatabilis. Emēſa uero cū lōgitudine latitudo dicitur epiphania.

Gramiæ ſunt oculoꝝ pituitæ. Vnde gramioſi oculi. A quo qui triſtes ſunt in hodiernū quoq; gramioſi uulgo nominantur.

Gramē: hærba uulgatiſſima ſic dicta ꝙ genicula/tis internodiis mirifice ſerpat a gradiendo: nel a gignēdi fæcūditate. Crebro.n. nouas ſpargit radices. Refert Ply. Sane hærbam naſci ubi humanus ſanguis ceciderit. Gramē capiti circundatuꝫ ſanguinis fluxiones e naribus ſiſtit. Quādoq; tamē gramē ponit generaliter ꝓ omni hærba. Vñ graminea corona dicta ē quæ ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dabat ubi obſeſſos aliqs ſeruaſſet quodcūq; id genus hærbæ foret decerpto uiridi gramine. Graminoſus plenus gramine. Col.li.i. Quid ſyluester ager: qd humidus & graminoſus quid ſiccus & ſpurcus recuſaret.

Grādo gutta aquæ in aere cōgellata ſic dicta ꝙ ſolito grandior ſit. Vel qa grauis conrineat. Hinc grandinoſus a.um.ut Grādinoſa loca in quibꝫ frequētes ſunt grādines. Grando ēt ē quā græci χάλαζαν & χαλάζιον uocant collectio eſt ſub cute buboni & ægyptiæ fabæ ſimilis ut inqt Pollux dolorē ſi tāgat aſſerēt. Dūr & t occlo Grādineſ cū ſegnis humor circa palpebraſ coit ſꝫ ita ut id tuberculū digito huc & illuc ſpelli poſſit.

Grandinoſus a.um.qđ abūdat grādine. Col.lib. iiii. Poſt hæc nō ignorabit dūs loci plus eſſe poſſe qualitatē cœli frigidā uel calidā ſiccam uel roſidā grandinoſam uētoſamq; uel placidā ſerenā uel nebuloſam. i. ſæpe grandinē infert. Roſida quæ ſiccitatibus laborant.

Grandinatus a.um. participiū qđ ē grādine ſaucium. Aug. in Pſal. Grandinata eſt uinea.

Grandebale pili ſubalares quos Volſellis tolli ſæpe moliiores iubebant.

Grandis & hoc grāde apud ueteres nō ad corpus ſed ad ætatē tantū referebaſ iam adultam. Ter. An ſedere oportuit domi nirginē tam grandem. Quod ſi natu addaſ puectiorē ætatē ſignificat & iam pene ſenilē. Ply. Iunior. Mulier natu grādior & tot liberorum partus. Nūc uero grandis ſumiſ ꝓ magno & nōnūq; ad inalata referſ. Hieto. Grādes materias ingenia parua nō ſuſtinent.

Grandiuſculus a.um. diminutiuū. Ter. in An. Iā fere grandiuſcula profecta eſt.

Grāditer aduerbiū. Cypria. ad Cornelium. Docuiſtis grāditer deū timere xp̄o firmiter adhærere.

Grāditas dicta ē maior ætas. Siſen. li. tui. biſt. Neq; ætatis grāditatē: neq; ea merita: neq; ordinis honeſtatē: aut dignitatē ſibi eſſe excuſationi.

Graudæuus a.um. quod ē puectioris ætatis hoc ē grandis æui ideſt ſenex.

Grandiloquus pe.cor. eloquēs & q cū quadā uerboꝝ magnificētia loqſ. Ci. Nā & grandiloq; ut ita dicā fuerūt cū ſpla ſūia tam grauitate & maieſtate uerboꝝ. Hinc grandiloquentia.

Graudio is. iui. itū. grādē facio. Plan. in aul. Si hodie hercle fuiſtē cœpero aut ſtimuliſ i manu teſtudineū illū tibi ego grandibo gradum.

Grādeſco creſco grandis fio ſeu granū fio. Ply. li. xviii. Creſcēte luna frumēta grandeſcūt. Hinciu grandeſco qđ ē ualde uel intus grādis fio. Col. Quæ lēs ut celeriter ꝓdeat & ingrādeſcat anteq; ſeniſ imo arido permiſceri debet. Idē lib. ii. Omne autē frumētū ſpicam a tertio ad quartū nodū emittit & cuꝫ totā edidit viii diebus defloreſcit ac deinde grandeſcit diebuſ xl qbus poſt florem ad maturitatem peruenit.

Grauū ſere frugu; dicit ut tritici hordei ſaris & huiuſmodi qđ ē intimū ſolidū a quo granariuꝫ Acini ſunt cæteroꝝ fructuū: ut uuæ bacchaꝫ & huiuſmodi. Granū ēt gñaliter dicit ꝓ omni eo qđ gēi uocāt coccū. Vñ coccū Ilicis granū uocamꝰ

Granariū locus in horreis ſeruādis ſeminū granis paratus: uel in quo grana frugū reponunt. Var. At triticū cōdi oportet i granaria ſublimia quæ perflent uētis ab exortu & ſeptentrionū regione ad quæ nulla aura humida e ꝓpinqs locis aſpiret. Granaria qdā habēt ſub terris ſpelūcas quaſ uocāt ſiros. Alii puteos. Perſi. Iā nūc aſtrugas: iā nūc granaria laxes. Nōnulli horreum ab hordeo. Feſtus a farre farreum nocat.

Granoſus a.um. dicit oē qđ intus habet grana.

Graphis idis. ars pingēdi quæ maxime lineis conſtat: & linearis nocat: quā Ply. li. xxxv. ſcribit ēt inuētā a Sophocle. Dicta graphis a ſtilo quem græci graphion & graphida quoq; nominant. Ply. li. v. Graphidis ueſtigia extant in tabulis ac mēbranis ex quibus ꝓficere dicunt artifices. In quo ſciendū per graphidis ueſtigia picturæ gñs accipiendū eſſe: quod græci uocāt Ichnographiam Ea ē circini regulæq; modicæ continēs uſus ex qua capiunt formaꝫ in ſolis areaꝫ deſcripti

ones ut inqt Victru.li.i.Qui & orthographiaꝫ & sciographiam nominat.

Graphiū stilus ferreus seu penna argētea q̄ signan tur in tabellis ifæ ut olī in cæra seu figuræ. Am bro.li.Hexa.Neq; uero si ipse nō cōprendas id circo nō cœpit:aut nequaq̄ desinet si ipse circui tū uel atramēto uel graphio ducas.Ouidi. Quid opus ē digitos graphiū lassare tenēdo.Stilus aūt sicut docet Hiero.in expositione psalmoꝝ scri bit in cæra.Calamus in cartha mēbrana aut in q̄ cūq; materia:quæ apta sit ad scribēdū.Graphꝰ scriptus uł pictꝰ.Ahtaphus nō scriptꝰ uł nō pic tꝰ.Graphia scriptura uł pictura.Vñ scribo p̄pli go ēt apud nos & picturas legere dicimus.

Graphiariū theca in qua stili reponunt quibus & scribere simul pingere solebant añq̄ penicilli & colores inuenirent. Dī & theca graphiaria.

Gratia inqt Aug.dicta ē qa gratis dat.Quare gra tis datus dat? qa merita nō p̄cesserūt sed benefi cia dei te p̄uenerūt.Vñ recte gratia sumit p̄ be neficio.Ci.Cū p̄sertim cōsiderē nullā esse grāꝫ quam uel nō capere animus meus in accipiendo uel remunerando cumulandoq; illustrare posset. Omne enim quod habēt homines a deo gratia est.Nihil.n.ex debito habent. Quis.n.prior de dit? & retribuet illi? Tres autē scribūt fuisse gras Aglaiā.i.lætitiam.Thaliam .i.uitidē: qa bene ficiū semper ultet.Euphrosinē quaꝫ delectationē nominant.Hæ a ḡcis χάριτες uocant ἀπὸ τῆς χαρᾶς quod lætitiam significat.Merito .n.lætati uident:& q dant & qui accipiūt benefi ciū. Tris āt iō esse p̄diderūt:qa & būfici esse in alios debemꝰ:& aliosq; būficia suscipere:& iis q in nos liberales fuerunt retribuere. Dare āt & ac cipere & referre tres actus sunt inter se distincti. Hinc gratiosus.Aliq̄ p̄ pœna siue dāno.Idem Vt p̄ iniuria patē ei grām referret.Aliq̄ p̄ mer cede.Idē.in Læl. Vt.n.beneficī liberalesq; sumꝰ non ut exigamus gratiā.i.mercedē uel utilitateꝫ neq; beneficiū fœneramur:sed natura p̄pensi ad liberalitatem sumus.Aliq̄ pro pace seu amore. Ter.in Ecy.Neq; alio pacto cōponi potest inter eas grā.Et in Eu.Adibo atq; ab eo gram quam uideo uelle inibo.Aliq̄ pro benignitate.Tibul. Gratia magna iouī uetuit pater ipse ualere.Ali q̄ p̄ causa seu respectu. Salu.Rē omneꝫ aperit cuius gra mittebāt.Aliq̄ p̄ uirtute seu efficacia ut frequēter apd Ambrosiū.Habere autē gratias uel agere uel referre. Vide in dictione .Ago.

Gratus qui gram p̄ beneficio refert:uel saltem me mor ē accepti būficii.Cuius contrariū ē ingratus a quibus gratitudo & ingratitudo. Grate & in grate aduerbia & gratis & ingratis.Accipit etiā Gratus p̄ Læto & Ingratus p̄ tristi.Vir.li.vii. Et Cineri ingrato suprema ferebāt. Et gratus p̄ spōtaneo.Et ingratus p̄ inuito & coacto legitur.

Gratiosus ualde gratus. Naꝫ plenū gra sigt & is ē q̄ habet graꝫ.i.q̄ in populo acceptus ē. Ci.l.iii. offi. Tū pithius ut argētarius q̄ ēt apud omnes ordines gratiosus.i.habēs multam gram.Idē Lē tulo.Vehemēter cōfidit his nīis Iris apud te gra tiosum fore.i.ualde gratū. Gelius accipit gratio sum tam p̄ eo q̄ gratias adhibet q̄ q̄ admittit.

Gratis aduerbiū significat sine premio sine merito quod uulgo dici? per gram.Hier.in Gen̄. Quia frater meus es:non seruies mihi gratis.Ambro. In diuinis scripturis teus scribit q̄ nō studuerit dare gratis quod ipse gratis acceperit. Alias si gnificat spōte.Aug.li.iiii.con.Quoꝝ exēpli gra quædam gratis posui:uel in ipso iubstantiæ ge nere innumerabilia reperiunt.Sic ingratis inui te nō ultro qa ultronea grata sunt.Ingrata quæ ab inuitis & recusantibus fiūt.Plau.i Am. Hæc eri immodestia coegit me q̄ hoc noctis ingratia excitauit.Terē.in Eu. Opus faciam ut defatiget usq; ingratis ut dormiam.

Gratuitus.a.um.pe.pro.qd dat gratis .i.sine pre mio & qnod nō ē mercenariū.Ci.li.i.de legibus Quid liberalitas gratuita ne ē:an mercenaria ē si sine premio benigna ē gratuita si cū mercede cō ducta.Aug.Gratuitam uobis impēdit deus de lectationē q̄bus gratis unigeniti sui misit redēp tionē.Hic sit aduerbiū gratuito.Sue.in Cæsare. Omnibus uero circa cū atq; ēt parce magna sena tus gratulto:aut leui fœnore obstrictis.

Grates numero tantum plurali & in hac tantum terminatione p̄ gratiis quæ referri debēt p̄ acce pto beneficio.Vir.Grates persoluere dignas nō opis est nostræ dido.

Gratificor tē gratam facio cōsentio cōplaceo. Cic. Lētulo.Quod Pōpeio se gratificari putant.Diffe rūt tñ Gratificari & gratū facere q̄ gratificari in secōtineat qdam maius.Est.n.beneficū esse.Vñ dicimus Dcū gratificari hominibus:qnaꝫ sit be neficia cōferre.Gratū uero facere sit obseq & in seruire.Ci.Si būc iuueris gratissimū mihi feceris Hinc Gratificus.

Grator aris.dius gras ago:& quasi supplico.Oui. li.iii.fas.Quisqs adit caste q̄ colit penetralia ne stæ.Gratate iliacis thura q̄ ponte focis.Interdū Gratari ē gaudere de bono proprio ut apd Idē li.viiii.meta.O superi totoq; libēs mihi pectore grator.Quandoq; etiā ē lætari de bono alterius. Vir.Inueni germana uiā grata te sororī.Liui.li. vii.Tuū sequētes currū Iouia optimi maximi tē plū gratantes ouanteq; adire.

Gratulari cū datiuo p̄prie ē dis siue hominibus q nobis benefici fuerunt in successu aut nō aut ali oꝝ cū laudibus festiuitatē ostendere. Orī.n.ex lætitia gratulatio ut ex dolore querimonia.Lac. lib.vi.Nihil est q̄ sibi aliqs gratulet si has ina nes uirtutes adeptus ē.Ennius in Hecuba.Iupi ter tibi sume tandē male te gesta gratulor.Interi dū prætermittit datiuus cū fuerit pnomē.Oui. Prisca iuuēt alios ego me nūc deniq; usta gratu lor:ubi intelligit mihi.Q intul. Gratulemur iaꝫ q̄ nulla ciuitas laborat:subintelligit nobis Gra tulari ēt ē gras agere siue supplicare.Liui. Triū phantes in capitoliū ascēdebāt iouī optimo ma ximo cæteriq; diis gratulari. Nec mirē si gratu

lari dils dicimus quasi ostẽdere nos illis aggan
dere cũ salutare etiaꝫ eos dicamus quasi salutẽꝫ
illia optare quod non diis sed hominibus conue
nit. Vnde dicimus Salue sancta parẽs. Gratulari
cũ accusatiuo ẽ gratũ habere. Ter.in Eu. Salutãt
ad cœnã uocant aduentũ gratulanꝫ. Plau.i Cap.
Vbi q̃q̃ uidẽt eũt obuiaꝫ gratulansq; eaꝫ rẽ .i.
gratiaꝫ hẽnt. Huius cõpositũ est congratulor.

Graue suapte natura significat põderosum ut grauis
ue saxũ quod nos cũ molestia grauat in ferẽdo.
Vir. Vomis & inflexi primũ graue robur aratri.
Et per translationẽ dicit morbus grauis: senectq;
grauis .i. molesta quoniam q molestia ex senec
tute morbo cæteriscq; huiusmõi sentiũt quasi one
re intolerabili premunt quod cupide uelut gra
ue onus a se uellẽt deponere. Cic.in Cato. Quod
nunq̃ senectutẽ tibi grauẽ esse senseriꝫ. Itaq; unq;
mõus ẽ quæ corpori aut animo molesta sunt: ea
grauia appellare eo q; molestia a mole.i. a re ma
gna uocata ẽ. Alter modus ẽ: q; quẽadmodũ gra
uia & grãdia saxa nõ facile loco mouent sed ad
omnẽ tẽpoꝝ mutabilitatẽ hærẽt: ita homines cõ
stantes ac sapiẽtia prædĩti merito graues dicunt:
q; nec precibus nec minis ab æquo dimouentur
ut hi faciũt quos leues uocamus: qui in similitu
dinẽ paleæ ad omnẽ auræ uẽtillant. Hinc grauitas
p firmitate ac cõstãtia ai ac ſ uultu monbq; uer
bis rebus agẽdis quædã sæuientes. Aliq̃n p mo
lestia & magnitudine: ut grauitas odoris: grauis
tas doloris: grauitas somni. Variis aliis mõis di
cit grane sed ad hos reduci possunt. Nam ponit
p pernicioso acerbo nocẽte. Ci.li.iii.offi. Magnũ
illud bellũ & granẽ aduersariũ imperii sustulisse.
Idẽ facilius & in morbos icidũt adolescẽtes: gra
uius ægrotant. Pro forti & robustõ. Vir.li.v. Pri
ma pares ineũt ĝuibus certamina remis. Pro grã
dæuo. Idẽ. Hic grauis entellus dictis castigat ace
stẽ. Pro utili solido firmo cõstãte. Ci.iii.offi. Ve
iam sint alia graviora atq; meliora tñ nos studia
nostra naturæ regula metimur. Pro Tristi. Virg.
li.viii. Grauior me nũcius aures ne uulneret. Pro
sapiẽti cũ auctoritate. Ci.in Horten. Quid.n. aut
Herodoto dulcius aut Tucydide grauius. Pro
põderoso. Vñ graue æs dicit: q; a deni asses sin
gula põdo efficiebant. Pro necessario Lucil. lib.
xxviiii. Habeasq; animo mihi admoduꝫ causam
granẽ fore quæ me ab ullo cõmodo abducat tuo
Pro pleno. Vir. Tũ pietate grauem ac meritis si
forte uirũ quẽ cõspexere silẽt. Pro fœcũdo & fru
gifero. Idẽ. Quid labor aut bene facta iuuant: q;
uomere terras inuertisse grauis? Pro multo. Var.
Vbi graues pascant atq; alant pauonuꝫ greges:
Sal.li.iii.histo. Cœpit per oẽm puinciaꝫ graue
pretium fructibus esse. Pro amaro. Var.in quin
quatribus. Absynthiũ ut bibã graue & castoreũ
A graue fit aduerbiũ grauiter & graue.

Grauiter significat multũ. Cæcili. Placere hoc cœ
pit grauiter. Ci. Nec uero audiẽdi graviter q; ini
micis irascendũ putant. Vir. Grauiter spirãs co
pia thymbræ. Aliq̃n significat aspere male. Idẽ.
Graue olẽtis auerni. Aliq̃n molestẽ. Ci. Grauiter
& iniquo animo tuli. Aliq̃n sapiẽter. Idẽ. Si q̃d
prudẽter ſ q̃d grauiter factũ ẽ: hoc est nõ leuiter
ac insipiẽter: sed mature sapienterq;.

Grauedo põderositas. qñq; simil p morbo seu hu
more q ex capite distillat: nares claudit: uocẽ ob
tũdit tussim siccaꝫ mouet sicuti docet Celsus li.
iiii. Caml. Sentire cesso q̃d grauedinẽ & tussim.
Plau. in Asi. Quod illa hand simulet quasi grau
do pstinat. Hoc ne sic faciat tu labellũ abstergas.
Græci coryzas uocant. Hippocrates distillatiões
omnes & granedinem nominat coryzas.

Grauedinosus nõ solũ q grauedine infestat: sed ẽ
q ad eã morbũ ẽ pcliuior. Ci.li.iiii.tus. Itaq; di
cimus quosdã grauedinosos: quosdam tormino
sos. nõ qa iam sint sed qa sæpe sint. Pinnius ap
pellat Eruũ granedinosum quod bobus in pabu
lo grauedinem facit. vtollit.

Grauecolentia malus odor. Ply. Et oris grauedẽtiaꝫ

Grauo as. premo onero molesto. Vir. Nec mela
bor iste grauabit. Huius cõposita. Aggrauo q̃d ẽ
super seu plus grauo. Col.li.ii. Tũ ẽt ratio nullũ
aggrauat exiguo pfectu operis. Degrauo deor
sum grauo. Idẽ.li.i. Et quod prius extructã im
minebit cedẽti paulatim degranatũ pondere suo
præceps attrahet. Vir.li.iii. Degrauat ætna ca
put. Cypri. Quomodo cœlũ petãt & ad sublimia
& alta cõscendãt q terrenis cupiditatibus degra
nant. Ingrauo intus seu ualde grauo. Hiero. in
Exo, Ingrauatũ ẽ cor pharaonis. Prægrauo val
de grauo. Idẽ ad Marcellaꝫ. Quapropter moneo
ut dum mãdi huius niaꝫ currimus nõ duabus tu
nicis: nõ calciamentoꝝ pellibus prægrauemur.
Et hæc omnia habent pe.cor. vstia.

Granate aduerbiũ significat cũ labore siue cũ mole

Grauesco is. granis & oneratus fio. Vir.li.ii. Gr.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit.
idest onerat. Hinc aggranesco magis grauis fio.
Ter.in Ecy. Male metuo ne philomenæ magis
morbus aggranescat. Ingraueſco eiusdẽ significa
tionis ẽ. Aug.li.ii.ci.dei. Nam ingrauescere pe
stilẽtia ludi scænici romæ primitus instituti sunt

Grauida mulier: quæ iam cõcepto fœtu grauatur.
Prægnans: quæ tã occupata ẽ in generando q̃d
cõcepit. Aug. Quo mõ fiet istud ut utero gra
uida sim pdico & immunis sim a marito? Ali
q̃n ponit p plena. Inde granido as. p impleo ue
teres posuerunt. Cæcilius. Mysteria hic honeste
gramdanit probo. Leo ppa. Virgo regia Dauin
æ stirpis eligit. quæ sacro grauidanda fœtu di
uinam humanamq; prolẽ prius cõciperet mẽte q̃
corpore. Et inciẽs propinqua partui incitatus sit
fœtus eius.

Grauastellus senior. Plau. Quid ẽ grauastellus iste
q aduenit ut puto a grauitate dictus.

Grex differt ab armẽto q; grex minoꝝ animalium
sit cõgregatio ut oniũ: porcoꝝ: capraꝫ. Armen
tũ maioꝝ: ut Camælopardoũ: equoꝝ. Hier. I deu
tero. Habuerisq; armenta boum & ouium greges
Oui. Mille greges illi totidẽq; armẽta per hꝛi-

bas pascebant. Virgi. Hæc satis armẽtis superat pars altera curæ Lanigeros agitare greges hirtasq; capellas. Inuenit tamẽ qñq; grex de maioribus dici. s. bobus. Vir.. Aut aliquam in magno sequitur grege. Tñ ad distinctionẽ addidit magno. sicut Hor. adiecit mugientiũ. Aut in reducta ualle mugientium pspectat errãies greges: q̃ si Grex generalius nomẽ sit: armentũ specialius. Et illud sine apposito de pecoribus minutis intelligat: cũ apposito possit ẽt ad maiora transferri. Ci. Fudit apothecas: cecidit greges armentoruq;. Col. li. i. Nec absint greges armẽtoq; cæteroq; quadrupedũ culta & dumeta pascentũ. Dicit & grex de auibus. Aug. li. xii. ci. dei. Alias uero greges instituerit quæ congregatæ atq; in gregibus malint uiuere: ut sunt colũbæ: sturni: cerui: damulæ: & cætera huiusmõi. Etiã bonoq; uel maloruq; hominum dicit Grex. Ci. In bis bonis gregibus oẽs aleatores: oẽs impuri impudiciq; uersantur. Et est tam foe. q̃ mas. generis.

Gregarius. ex grege uulgaris. Vnde Gregarie militẽs dñ nõ electus sz tumultuarie undecunq; collectus. Salu. Deinde multi memores Syllanæ uictorie q; ex gregariis militibq; alios sænatores uidebant alios ita diuites ut regio uictu atq; cultu uitã agerent. Col. li. vii. Gregatiorũq; pastoq; uelut minutam pfessionis suæ disciplinã constantissime repudiasse.

Grego .as. de quo Prisc. Sunt & alie deriuationes diuersas terminatiões hñtes tã a nobis q̃ a uetbis nascẽtiũ uerboq;. ut a Græco Græcisso et græcor. a Grege Grego. a philosopho philosophor. Huius tñ cõposita magis in usu sunt ut abgrego q; est deduco. Aggrego. associo. adiũgo. Lact. li. iiii. si nobis credendũ ẽt nõ putãt. credãt homero q; sũmũ illũ iouẽ dæmonibus aggregauit. congrego. Idẽ in eodẽ aliũq; sibi populũ fideliorem exalienigenis cõgregaret. Segrego seorsuz pono diuido. Festus. segregare est ex pluribus gregibus partes seducere. Et hæc ola hñt pe. cor.

Gregalis. & hoc gregale. q; in grege uiuit. Var. li. iii. de rerus. Equi bonifuturi signa sũt sicũ. gregalibus i pabulo cõtendit in currendo aliaue quare quo potior sit.

Gregatim per diuersos greges. Var. Merula q; mera. i. sola uolitet. Cõtra ab eo graculi q; gregatiz

Gressus a. um. participiũ a gradior. Gressus us. incessus ambulatio: ut gressus meos dirigẽ.. lis.

Gressibile q̃d ẽ aptũ ad gradiendũ: ut bõ ẽ gressibi

Gressutus a. uz. pe. p. idẽ q̃d gressibile nõ q̃d magnos hẽt pedes: ut q̃dam autumãt. Nam Aug. in dialec. sic scribit. Socrates & hõ ẽ & gressutũ.

Gressus a. um. nomẽ ẽ q̃titatem significans. Cuius diminutiuum est gressulus.

Grossi tantũ pluraliter dicuntur ficus añq; matures cant. Alii dicũt grossos esse ficus q; nõ maturescũt. Primitiuæ ficus quæ præcoces seu præcoques & a neotericis. Flores appellant: apud græcos prodromos uocãt. Col. li. iii. Si uoles ficũ q̃ uis natura seram facere cum grossuli minuti erũt fructum decutito.

Grossipion siue xylon seu grossapinus frutex ẽst ex superiori parte ægypti quæ in arabiam uergit ẽ ai latus: nãc ẽt i q̃busdã locis italiæ nascẽs ex quo lina fiunt quæ gossipina siue xylina seu gossapina dicunt: paruulus ẽ: simileq; barbatæ nuci defert fructũ plenũ lanugine nec ullũ genus lini in candore mollitiaue præfert huic. Iunscõsulti inter lanas potius cõnumerant i dicũtq; lanam lineam a græcis appellari. Ex bis siũt uestes cãdidissimæ ac subtilissimæ quæ uulgo bõbicinæ dicũtur: cũ xylinæ seu grossipinæ grossampinæue appellari debeãt. Quidam buiusmodi linũ cotonũ nocant q; fructices id ferẽtes q̃busdam in locis folia bẽnt uitiũ similia nisi q; minora sunt ferũt q; cotonei mali similitudiuẽ cucurbitas quæ maturitate ruptæ lanuginis pilas emittunt.

Grues aues minime soliuagæ quæ nõ se segregant siue cũ uolant: siue cum pascunt. Et a sono uocis excubias nocte diuidũt capite subter alam condito dormiũt alternis pedibus insistẽtes. Volantes autẽ ordine quodam y litteram faciunt id quod Palamedẽ deprendisse legimus. Hiero. ad Rusticũ. Grues unam sequunt ordine litterato. Mar. Turbabis uersus nec littera tota manebit Vnam pdideris si palamedis auẽ. De natura huius auis Ambr. li. Hexa. sic habet. Grues iniussi & uoluntario usu i nocte solicitã exercẽt custodiã dispositos uigiles seruant & cæteris cõsortibus generis q̃escentibus aliæ circũeunt & explorãt ne qua ex parte insidiæ tentent: atq; deferũt in pigno suo uigore tutelã: post ubi uigiliaꝝ fuerit tempus impletũ perfuncta munere i somnũ se præmisso clãgore cõponit ut excitet dormientẽ cui uicẽ muneris traditura ẽ. At illa uolẽs suscipit sortẽ nec usu nostro inuita & pigrior somno renũciat sed impigre suis excutit ẽ stratis: uicẽ exequit & quam accepit gsam pari custodia atq; officio repræsentat. Ideo nulla discretio q̃a deuotio naturalis iõ tuta custodia q̃a uolũtas libera. Hũc ẽt uoluntates ordinẽ seruant: & hac moderatione omnẽ laborẽ aleuiant ut per uices fungant ductus sui munere. Præcedit. n. una & præcurrit cæteris deinde cõuertit & sequẽti sortẽ ducẽdi agminis cedit.

Gruo is. grui. Festus. Gruere dicunt grues ut Sues grũnite. Hinc cõgruo p cõuenio cõcordo. Ter. in Heau. Cõcede hinc domũ ne nos cõgrue senti ant. i. concordare. Hinc congruum. Ingruo is. de quo alibi.

Grumus terræ collectio: minor tumso. Apud Col. dicit clinulus. Vñ li. ii. ait. Grumos quos aduersuram plærũq; tractæ crates faciũt: despiciemus ita: necubi ferramentũ fœnisecis possit offendere Cuius diminutiuũ est grumulus. Ply. li. xix. Quidam & aliũ ulpicũ in plano seri uetant: castellati q; grumulis ponit distãtibus iter se pedes ternos

Grũma mæ. mẽsura quædã qua fixa uiæ ad lineã dirigunt: ut ẽ agrimẽsoꝝ & similiũ. Hinc degrumor aris. p dirigo. Lucil. Viamq; degrumaris ut in castris mẽsor facit olim. Et Exgrumor. Vñ ex

grumantes apud Varronē legitur li.iii.de re ruſ. quod ē de mēſura & recta uia excedētes uel grumos eruentes.

Grūmiæ dicūt loca media inter quæ directæ quatuor conueniunt uiæ.

Grūnio is.grūnui & grūniī itum. ꝓpriꝫ ē uocis porcoꝝ.Ci.li.v.Tuſ.Aut grūnit cū mactāt ſus. Iuue.Et cū remigibus grūniſſe epenora porcis. Hinc grunnitus tuſ.

Grundire ueteres dicebant quod nos grūnire dicimus.Claud.ii.annaliū xv. Grūdibat grauiter pecus ſuillū.Hinc grūdiles lares dictos accepimus quos Romulus cōſtituiſſe dicit.in honorē ſcrophæ quæ xxx peperterat porcos.Caſſiq.hemina. Sus parit porcos triginta cuius rei fanū fecerunt Laribus grundulis.

Gryllus animal ē magnitudine cicadæ corpore lōgiore gñs ē locuſtæ undiq; per orbē terraꝝ pernicies agris prætereūq; in parthia.Parthi gryllos comedūt ut reſtāt Hiero.cōtra Iouī.Dictus gryllus a ſono uocis.Suidas γρύλος ξυροφῶντος τοῦ σωκρατικοῦ υἱός Γρύλος καὶ διόδωρος καὶ γρύλος ὁ χῖος Huic magnam auctoritatem perhibēt.Nigidius magiq; q retro ambulet: terram terebret:noctibus itrndat.

Grypes q & gryphones animalia pennata & quadrupedia:omni ex parte leones ſunt:alis & facie aquilis ſimiles eqs uchemēter infeſtæ. Naſcunt in hyperboreis mōtibus.Et pōt declinari grypes is.Et gryps & grypus.Hiero.in Leui.Aglam & grypū.Gryphi uero ut Gellius inqt ænigmata ſunt.Gryphon.n.græci inſolubile dicūt.

Gryphi a græcis dicunt nare curui.Quo nole dictus ē filius Demetrii ut auctor eſt Iuſtinus.

Gryppos dī ſermo implicitus.Gel.Alioſq; id gūs gryppos neminē poſſe dicēs niſi ſe diſſoluere.

Grypus per ſimplex p naſus adūcus gibus ſeu aqlinus a gryphis ſimilitudine deductū nomē. Græci γρυπῶς nos gryphes dicimus.

Gula anterior pars colli i qua cibus atq; potus deuorat.Nā collū tam ceruicē poſteriorēq; gulam anteriorē habet.Et gulla cū oſſibus intelligitur. Sal.Laqueo gulam fregere.Aliqñ accipit Gula ꝓ gulæ uitio.Iuue.Dū gula ſæuit.Hinc fūt guloſus a.um.quod ē deditus gulæ uitio.Degulo as.de quo alibi.Et ingluuies.

Guliocæ nucū iuglādiū ſūma & ultidātia putamia

Gūmi & gūmis genere fœ.Coi.Noſtroꝝ rēporuꝫ agricolæ exiſtimarunt noua dolia liq da gummi perluere.Idē.Multi cū ſemel noua dolia uel ſeruas craſſa gūmi liuerūt una in perpetuū gūmitione contenti ſunt.Vñ gummitio.Col.li.ultimo. Quam græci χόμμωσιν.Eſt autē gūmi lachryma arborū quæ ē quaſi gutta.Hinc gūmatæ arbores dicunt quæ gūmi producūt.Palladius.In Ceraſis hoc ſeruandū ē & in omnibus gūmatis: ut tūc inſerant quando his uel nō eſt uel nō deſinit gūmen effluere.

Gurges itis.locus l flumine ꝓfundus l quo aqua nertit.Et omnis aquaꝝ cōgeries dicit gurges:li ere quādoq; per tapinoſim ponat pro mari.Vir. Nantes in gurgite uaſto.

Gurgito as.pe.cot.deuoro impleo. Hinc fiunt cō poſita Egurgito as.& Ingurgito as.

Gurgulio ꝓprie pars gutturis a naribus ad pulmonē conſtans cartilagine & carne per quam ſpiritus meat ac remeat. Et hæc ſpiritalis fiſtula dicitur. Rurſus gurgulio uermis q̄dam q in horreis naſcēs frumētū abſumit ſic dictus q̄ totus ſit guttur.Vir.Populat ingentē farris aceruū.

Gurguſtiū & diminutiuū gurguſtiolū genus habitationis anguſtū a gurgulione uerme ſic dictum Seruius docet Gurguſtiū eſſe obſcuram & latentē tabernam.Ci.in Piſonē.Neſcio quo e gurguſtio te prodis.Ambro.li.Hexa.Nōne quo ſplendidior foris ſpecies loci eius effulgeat:hoc horrētis deſuper ſcenæ gurguſtiū eius intus obſcuriq; ſit?Apul.Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto:ſis cōtentus lare paruulo.

Guſtus us. Vnus ex quinq; ſenſibus corporis.

Guſto as.quid ſignificet declarat ex pſalmo cū dicit.Guſtate & uidete quoniā ſuauis ē dñs.Lact. li.ii.Id autē præceptū fuit ut ex arbore una quæ fuerat in medio paradiſi nō guſtaret.Hinc Guſtatus.tus.Ci.in Cato. Aqua oriēs una ſe oſtendit quæ & ſucco terræ & calore ſolis augeſcens. Primo ē peracerba guſtatu.Huius cōpoſita ſunt De guſto quod eſt multū bene guſto.Sal.Inde cum poſt execrationē omnes deguſtaſſent: ſicue in ſacris ſolēnibus fieri cōſueuit aperuiſſe cōſiliū ſuū. Præguſto ante guſto.Hier.in Exo.Carnē quæ a beſtiis fuerit præguſtata non comedetis.

Guttus poculi gñs quo in ſacrificiis utebant. Ply. li.xvi.Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe præter guttum phaginū quo ſacrificaret. Vel in quod oleū mittit:dictus q̄ guttam mittat. Nam eo uſi ſunt Romani in balneis ad ungēda eorum corpora poſt iauationē.Gel.Puerꝫ iubet Taurus oleū in ollam indere. Erat is puer gñe atticus ſe ſtiuiſſimus ætatis & gēris argutiis ſcatēs: guttū ſamiū ore tenus imprudēs inauē tanq; inceſſet oleum affert:cōuertitq; eū:& ut ſolutū eſt i circūegit per omnē partē ollæ manu nullū inde ibat oleū. Poteſt ēt dici uas in quo odorifera unguēta ſeruant q̄ iñ guttati ſumāt.Serenus p uaſe uinario ſūpſit cū ait.Siue men guttus ſeu trigonis efficiet aura.Var.de origi.Vt minū minutatim funderet a guttis guttū appellarūt.Huius dimi.eſt guttulus.Plau. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Gutta minima pars aquæ uel alterius materiæ liqdæ:hoc ē ſtilla.Cuius dimi.eſt guttula.

Guttatim per ſingulas guttas. Plau. Aedepol cor miſeꝝ meuꝫ q̄dē guttatim contabeſcit quaſi in aquam indideris ſalem.

Gutturnium:uas ex quo aqua guttatim in manus datur:ab eo q̄ propter anguſtias guttatim fluat.

Guttur:accipit p ea parte quæ eſt a faucibus ad in gulū:ſiue exterior ſiue interior ſit.Vñ Ply.Gutturi homini tantum & ſuibus intumeſcit aquaꝝ

quæ potantur plærunq; uitio. Vic. in Gæot. Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui. Plau. in Aul. maſ. gñe poſuit p ano cũ inquit. Etiam ne obturat inferiore gutture? ne quid animæ emittat dormiens.

Gutturoſi dicunt quoꝝ guttur tanq̃ ſpongia quadam intumeſcit: ita ut hoc malũ nõ morbus ſed uitiũ ſit. Vlp. de ædilitio edicto. Si quis natura gutturoſus ſit: aut oculos eminẽtes habeat.

Gyges nomẽ uiri propriuꝫ qui cœli & terræ filius fingit. Alius fuit Lydiæ rex. Quo ẽt nomine dictus eſt lydiæ fluuius.

Gygæus cũ æ diph. lacus lydiæ. Propert. Lydia gygæo tincta puella lacu.

Gymnos latine nudus dicit. Inde fiunt Gymneſia & Aphroſiades inſulæ in mari illyrico: quas baleares uocant.

Gymnaſtes: ꝓceptor exercicioꝝ pueros exercens.

Gymnaſiũ exercicium. Vñ & ponit p loco in quo palæſtritæ exercebant nudi & oleo uncti. Nam γυμνὸς latine nudũ ſignificat. Vel dicit gymnaſiuꝫ a γυμνάζω exerceo. Vñ gymnaſtica appellat diſciplina exercitationis. Aug. li. viii. poli. monet adoloſcẽtes gymnaſticæ tradẽdos eſſe ut ita fiant exercitatiores firmioreſq;. Verum poſtea gymnaſiũ pro ludo litterario: & p omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis ſumi cœpit: cũ philoſophi gymnaſia tenuerint & in illis diſputauerint quæ & ſcholæ & diatribæ uocitatæ ſunt. Vñ apud rhetores prægymnaſmata præexercitamẽta dicunt. i. exercitationes quædam in dicẽdo ad ueraꝫ actiones deſcẽdant. Aphthonius ſ rhetoricis συν ϑεῶ ἀρχὴ τῶν ἐκ τοῦ προγυμνασμάτων.

Gymnaſtica ars ſeu doctrina qua pueri exercent. Vñ Aug. præcipit li. viii. poli. adoloſcẽtes gymnaſticæ & pedo triuiee eẽ trabẽdos. Pla. li. vii. de legi. Gymnaſticæ note exercitatões oẽs bellicas cõtineri docet: eſq; diuidit ſ ſaltatõeꝫ & luctatõeꝫ

Gymnaſiarches: gymnaſii ſiue exercitationis princeps: & ludi magiſter.

Gymnoſophiſtæ nudi ſapiẽtes philoſophi indorũ ſic dicti q nudi incederẽt. Nam σοφιστὴς ſapiens dicit. Aug. li. xiiii. ci. dei. Cuꝫ quidam nudi philoſophent unde gymnoſophiſtæ nominant. Et lix. y. Indoꝝ gymnoſophiſtæ q nudi perhibẽtur philoſophari in ſolitudinibus Indiæ a generando ſe cohibẽt. Hiero. contra Ioui. Apud gymnoſophiſtas indiæ quaſi per manus huius opinionis auctoritas tradit q Buddam principẽ dogmatis coꝝ e latere ſuo uirgo gñerant. Hi ab exoe tu ad occaſum perſtare dicunt ſolẽ cõtuentes immobilibus oculis feruẽtibus harenis toto die alternis pedibus inſiſtẽtes. Hi frigora nimiũ & æſtus flãmæ citra dolorẽ perferũt. Ferũt Alexandrũ macedonẽ ad eos acceſſiſſe dixiſſeq; petite quodcũ q uultis. Qui reſpõderunt da nobis immortalitatẽ quã præcæteris optamus. Quibus ille ait. Cuꝫ ego ſum mortalis immortalitatẽ nemini præſtare poſſuꝫ. Si ergo inquiũt mortalẽ te eſſe cognoſcis: cur nõ contẽtus patriis ſedibus omnibus infeſtus totũ orbẽ ſubicere conaris. Suidas γυμνοσοφισταὶ παρὰ βαβυλωνίοις οἱ φιλόσοφοι καὶ παρὰ ἀσυρίοις.

Gymnici ludi dicti ſunt qa in his ſe nudi atq; uncti exercebant: in athleticis & palæſtricis certaminibus. Nero edidit certamẽ gymnicum.

Gyne γυνὴ apd̃ gẽcos & mulieres & uxores ſigt.

Gynœcium: locus ſecretior in ædibus ubi ſolæ mulieres habitant: qui & græce γυναικωνῖτις a mulieribus quas græci γυναῖκας uocant. Plau. in Muſ. Dare uolt uxorẽ filio ḡtum poteſt ad eam rem facere uolt nouũ gynœciũ. Dicit & hæc gynœconitis ni ſyllaba p mulieꝝ ut ita dicam ſæpe natulus & in domo pars ut apud Victru. Probus Aemilius. Nec ſedet niſi in interiore parte ædiũ quæ gynœconitis dicit ἀπὸ τοῦ οἶκος habito. Vnde οἶκος dicit domus a quo œconomus adminiſtrator rei familiaris i & œconomica quæ ad rẽ domeſticam pertinẽt. Œconomia adminiſtratio. Oeconomo uillicus. Andronitis uero locus ubi uiri frequẽter in domo ſunt.

Gypſus: genus cretæ quæ facile cõglutinat & indurescit quo tectoria parietibus inducunt: & facile formant ſigna. Vñ & p ipſo ſigno qñq; ponit. Iuue. Quamq̃ plena omnia gypſo chryſippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquit alibi e terra fodit ut in cypro. Hinc formant gypſeus. a. um. quod ex gypſo ẽ. Gypſatus a. um. quod ẽ gypſo infectũ uel gypſo tectũ.

Gypſo as. gypſo inficio ſeu tego. Tibul. Nota loquor tegnũ ipſe tenet quem ſæpe coegit barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Ee gypſare ẽ gypſo obturare. Col. Cũ deinde modicæ aruerunt in uaſa noua ſiue pice operculata & gypſata ſicco loco reponito. Rurſus gypſare ẽ medicaminibus p fundere. Vnde Cice. Trebatio ſcribit medæam gypſatis manibus fuiſſe.

Gyrus latine circulus uel ambitus dici poteſt.

Gyro as. circũdo. Vñ regyro p. p. q̃d ẽ retro gyro Var. Quidam quæ nõ ſolũ a lateribus per feneſtras: ſed ẽt ſubtus a ſolo uentus regyrare poſſit.

Gytheũ: oppidũ quod hercules & apollo de poſitis eo loci ſimultatibus cõmuni opere condiderunt. De hoc Liui. in Mace. bello. Gytheum inquit omnium maritimarum rerum laeedæmonis receptaculum. Hinc Gytheates dicti ſunt in eo habitantes.

Phaleræ equorū ornamēta ἀπὸ τοῦ φαλοῦ dicūtur. seu a uerbo græco qđ illustrare significat. Virgilius libro quinto. Primus equū phaleris insignē uictor habeto. Inde phaleratus. a. um. i. ornatus. Sue. in Clau. Crassus fungi equo phalerato & in ueste palmata. Et non tm̄ equorum sunt ornamenta phaleræ q; equitum & nobilium. Liui. lib. vii. tradit Consitia Flauii ædilitia tm̄ habuisse indignitatis: ut plærique nobilium aureos anulos & phaleras deponerent. Ply. li. xxxiii. refert olim ab ordine equestri phaleras fuisse positas ex indignatione. Apud Ter. phalerata dicta legunt pro ornatis.

Phalera. portus athenien sis celeber.

Phalæcium carmen dictum a phalæco inuentore. Cōstat spondæo dactylo & tribus trocheis. hoc & hendecasyllabum a syllabarū undena mēsura uocat.

Phalænæ quidā pisces in mari. Ambr. Quid gladios loquar: aut serras: aut canes marticos: aut phalænas: aut zigænas? balænam dicūt esse

Phalangæ sunt quibus baiuli ferendis oneribus utuntur quas σανιδοφόρους plo appellat. Ply. li. vii. phalangæ fustes sunt nodis catentes quibus aphri prælium contra ægyptios primi fecerint. Iul. pollux. phalanges inquit phalangia dicuntur ligna qnbꝰ subiectis naues trahi solent. Sic Nonius scribit phalangas significare fustes teretes qui nautis subiiciuntur Scribit Herod. æthyopas uicenos dentes elephantorū grandes & e materia eboni centenas phalangas tertio quoq; anno tributi uice regibus pēdere solitos. Latine palangæ dicūtur a quo fit palango. as. qđ est onus aliquod huiusmodi fustibus transucho. Affra. Et capam unam semilaceram quaterni simul palangabant.

Phalangani. q aliquid oneris phalangis transuchūt: qui modo tetraphori: modo hexaphori dicuntur. Item palangani appellati sunt milites qui erant in

phalange quales habuit ad imitationez Alexandri magni Alexander syrius romanorum imperator ut auctor est Lampridius.

Phalangium genus Aranei q̄ omnib⁹ internodia terna sint in cruribus. Sunt qui phalangii nomine omnes araneos intelligant. Dicit & phalanx.

Ppalanx.gis.dictio macedonica qua non proprie legio sed quadrata acies & cuneus militaris intelligit quando.s.pes pedi:clypeus clypeo uir uiro in acie conserebatur. Et hoc peculiare fuit macedonum institutum ut auctor est Liuius & meminit Curtius. cuius hæc sunt uerba. Macedones phalangē uocant peditum stabile agmē.uir uiro:armis arma cōserta sunt. Cæsar. Milites nostri e loco superiore pilis missis facile hostiuz phalangem perfregerūt. Vnde proculdubio accipitur phalanx pro armorū connexione atq̄ testudine. Hinc per translationem a satyrico poeta dictum est. Iunctæq̄ umbone phalanges. Item phalanx est regula continens lances.i.libram. Et phalanx ab Aristotele genus aranei qđ & phalangiū dicit tarātola. Itē phalanges digitoz in ternodia dicuntur.

Phaneus mons in promontorio Chii a Phaneo rege dictus.

Phanesii populi in insulis oceani septentrionalibus: qui ut Solinus air habent aures ad eo effusas ut reliqua uiscera conteganr illis.

Phantasiæ imagines rerum insidentes animo. Phantasma atis .uisum quæ spēs nna & nomē est eorum quæ dormientes uidere sibi uidentur. phantasticus imaginatiuus.

Phanaticus.dicitur qui diuino spiritu afflatus est: & cui multæ uanæ apparitiones sunt quales insanientem aiacem percepisse poetæ ferunt. Hūc morbum errorem uocauit Hor. Aut phanaticus error & iracū da diana.

Phanio nihil aliud significat q̄ boni pedis hominem .i.cuius aduentus afferat aliquid fœlicitatis sicut solemus dicere secūdo pede introisse cuius introitum prosperitas aliqua sit cōsecuta uel meli⁹:qm̄ φαν' ίω est appareo.i.apparitorem uulgariter diceret: q ex uoto & desyderatus tandem appareat.

Pharmacum pe.cor. Græci φάρμακον medinz uerbum qđ pro ueneno & pro medicamēto accipi potest. Vnde Cains iurisco. Qui pharmacum dicit debet addere bonum uel malum.

Pharmacopola.pe.pro.dici potest unguentarius: q pharmaca.i.uenena uel medicinas uænditat :quales sunt qui uulgo hærborarii uocantur. Componitur enim ex pharmacon & πω λέω uendo. Hor. in Ser. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

Pharmacodes.odor medicamenti.

Pharmatusæ sunt duæ insulæ exiles iuxta Atticam regionem in mari salaminiaco. ī quarum altera ut inquit Stra.li.ix. sepūlchrū cyrces ostenditur.

Pharaones appellātur ægypti reges qđ cognomē fuit dignitatis ut scribit Euse. Et ut docet Iosephus li. viii. antiqui. Pharaonis nomen secundū ægyptios significat regem. Et reges cum primū perueniebant ad imperium. Hoc nomen accipiebant.

Pharmiaucetice. græce φαρμακευτική medicina q̄ medicamentis curat. Nam ueteres. Tria medicinæ genera fecerunt. Empericen quæ solum experimētis constat ἐμπειρίαν. n. græci experientiam nocant. Iatralepticen quæ unguntis & Clinicen quæ uictu & uenenis corporibus medetur. Sunt tamē q̄ clinicem in duas partes diuidant. Vnam Diaetitecen quæ uictu medetur. Altera pharmaceuticen.

Pharæ numero plurali:urbs in creta a Misseniis cōdita. Habentur aliæ in Missenia & alibi.

Pharia a Prolomæo:Plynioq̄. A strabone nero. pharus insula contra dalmatiā & Iaderā quæ nūc uulgo lisna illyrico sermone dicitur. Est & urbs in ea a qua pharienses populi.

Pharos olim insula ægypti ob longa paruaq̄ contra nili hostia: nunc continenti coniūcta quæ portum Alexandrinæ efficiebat. sic appellata a nauclero Menelai ibi sepulto: cum fuisset ibi ab aspide interemptus. Luc. Pharos insula quondam in medio stetit illa mari. In ea turris ingēs in petra posita qnæ mari circunluitur. albo lapide octingentis talētis aphiladelpho prolomæo rege. Sostrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera posita fuit ob salutē nauigantium: quæ nomen ab insula accepit. Scribit Solinus ab hac Pharo turri pharos uocari machinas in portubus ad p̄lucendi ministerium fabricatas. qm̄ ex hac pharo Alexandrina dirigebantur nocturnæ facibus accensis. Papi. Lumina nocturnæ tollit pharus æmula lunæ. Scribit Egesipp⁹. li. iiii. a græcis latinisq̄ pharon appellari ex ipsius rei usu: eo q̄ longe uideatur a nauigantibus tanq̄ phanos qđ significat lucidum imnutatā littera pharos dicatur. In hac Alexander nouam urbem condere statuit. sed cū magnæ sedis capax non esset ex illius aduerso condidit alexandriam. hinc pharius.a.um

Phariseus. nomen sectæ Iudæorum religiosæ. Erant enim apud Iudæos tres sectæ: phariseorum: sadduceorum. & essæorum. A phariseus fit phariseicus. a um. Hiero. cōtra Vigil. Quasi sepulchra phariseica foris dealbata.

Pharsalici. campi thessaliæ in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ a pharsalo oppido appellati. quod situz est in ripa fluminis Oenipei a quo pharsali dicti. Sunt qui pharsaliam prouinciam dicant a pharsalo duce quæ primo æmathia ab æmathio. postea Thessalia a Thessalo. deinde a Macedone Macedonia. postremo a Philippo Rege cāpi philippici.

Pharnax.acis.pe.cor. nomē proprium Mithridatis filii. Luc. Nec pharnacis arma relinquas tigranemq̄ meum. Hic a Cæsare: ut L. Florus scribit uno & nō toto p̄lio more fulminis obtritus ē.

Pharetra.pe.cor. ubi sagittæ reponuntur. a φέρω τὰ ἰὰ τοῦ μα. Et qui eam ferunt pharetrati dicuntur.

Pharusii populi in africa uersus oceanū occidentalē.

Phasce. hebraice. latine transitus dī: quia tūc ex ægypto ī patriam remigrauere iudæi.

Phassæ. per duplex. ss. a græcis palumbi dīr.

Phaseolus: phasilus: siue phaselus seu etiam phaseolus uel phasilus genus leguminis. Col. li. ii. Ab hoc

recte phaſelus terræ mandabitur uel in uernacio uel melius pingui & tenuihili agro. Idem. Phaſeoli modii quattuor obruuntur totidem operis.

Phaſellus. Vide in dictione faſellus.

Phaſma.atis.latine apparitio monſtrū niſio dī.

Phaſis.is.uel idis. Colchorū ꝑgrandis fluuius de quo Luc. Colchorum qui rura ſacit ditiſſima phaſis. Hic ut Ambro.li.hexa.ſcribit.de ſeptentrionali parte caucaſeis montibus fuſus cum pluribus aliis in euxinum ſe ꝓcipitat mare. Ply.lib.vi. Nauigaſ phaſis ꝙlibet magnis nauigiis.xxxviii.Md.p. Inde minoribus longo ſpatio pontibus centum uiginti p uius. Græce etiam phaſis latine ſarua dī.

Phaſiani.aues notæ.a phaſi fluuio ad nos traducti ab argonautis. Nāq; ex ea regione in græciā tranſportatæ ſunt. Mar. Argoa primum ſum tranſportata carina: ante mihi notuꝫ nil niſi phaſis erat. In hanc auem Itim Terei mutatum Mythici fabulāt.

Phaſianarius qui phaſianos paſcit. Paul. Iurecō. Phaſianarii aūt & paſtores anſerum non continentur.

Phedon athenienſis in conuiuio a triginta athenienſium tyrānis necatus fuit. Huius filiæ uirgines erāt quæ ut uirginitatem ſeruarent morte inuicem ſecō plexæ in puteum ꝓcipitauere. Fuit & alius hoc nomine phūs Elidēſis Socratis auditor ingenio liberali. Qui ut quidam ſcripſerunt ſeruiuit lenoni perin de quaſi meritorius puer: ꝙſtuariumq; mancipium eum Cebes ſocraticus emiſſe dī: habuiſſeq; in phīm diſciplinis atq; is poſtea phūs illuſtris fuit. Cuī nomini Plo libtum de immortalitate animæ dedit: & alio nomine Phedon inſcribitur.

Phegor. lingua hebræa Priapp⁹ appellatur ut inquit Hiero. contra Iouinianum.

Pheneum: oppidum in arcadia. Pheneus uero amnis in alpheum defluens.

Pheræ ut ait Stra. Pelaſgicorum camporum terminꝰ ad Magneſiam qui uſq; ad Pelium montem porriguntur. Emporium pheræ habent pagaſas: quo ex loco Pelius Iaſonem ac nauem argo emiſit. Vnde Pagaſæ⁹ & pheræ⁹ appellatus fuit. Fuit tamē alius Iaſon pheræus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit. Ci.li.i.offi. cum dixit Pheræum Iaſonez cæteris anteponunt.

Pherecydes. pe. cor. phūs & poeta tragicus ex Syro inſula. Floruit regnante Seruo Tullio apud romanos ut Ci.lib.i.tuſ. refert. Hic primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſolura oratione ut Apul. in floridis auctor eſt. repudiato nexu ſuum nexu: quem Pythagoras magiſtrum coluit. Periit phthiriaſi. hoc eſt pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis non paueat pherecydis fata tragœdi qui nimio ſudore fluens animalia terra eduxit turpi miſerum qnæ morte tulerunt.

Pheretrum. Vide in dictione Feretrum.

Phiala. pe. cor. uas mini uel aquæ plærūq; ex auro conflatum. Omnia enim uini uel aquæ uaſa phialæ dici poſſunt. Vnde Iuue. aurea nocat phialas dicens. Virro tenet phialas: tibi non committitur auꝫ: hoc eſt uaſa aurea quæ Vironi commendata ſunt. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν ἀπὸ τοῦ φ. i. a bibendo.

Phidias ſtatuarius clariſſimus qui Mineruæ ſtatuam egregie fabricauit amplitudine cubitorum. xxvi. ex ebore & auro conſtabat. In cuius ſcuto Amazonū ꝓlium cælauit & deorum gigantiumq; dimicatiōnem. In ſoleis lapitharum & centaurorum. A Plynio dictus eſt artifex nunq; ſatis laudatus. De quo Quintil.li.xii. Phidias diis ꝙ hominibus efficiēdis melior. In ebore nero longe citra æmulum uel ſi nihil niſi Mineruam Athenis: aut olympium in helide Iouē feciſſet. Hinc Phidiacus. a. um. pe. cor. Prop. Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno.

Phidicia cœnationes lacedæmonii ſeu conuiuia nominabant ſiue ꝙ philias. i. amicitiæ cauſa inſtituta ſint: ſiue potius a pſimonia φειδωμαι. i. n. ſignificat parco & abſtineo. φειδω parcitas & parſimonia φειδωλὸς parcus. Vnde & phidicia conuiua depca & frugi. Ci. li. v. tuſ. Quid uictum lacedæmoniorum in phidiciis nonne uideamus? Conuenichāt enim ad phidicia conferentes ſinguli ſannæ medium: uini choros octo caſci quinq; minas ſicuum quinq; ſemis minas.

Philos. latine amor. ſiue amicus. Philet⁹ amabilis.

Philāthropos. pe. p. latine humanus. i. amans homines. Quo nomine dictum eſt lapæ gēs qđ ueſtib⁹ hominum adhærens eos amare uideat. Philanthropia humanitas. i. amor erga homines.

Philandros. amans uirum.

Philadelph⁹. amator fratris. philadelphia fraternitas amor fratris. Et philadelphia nomen ciuitatis i myſia regione aſiæ terræmotibus concuſſa cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit una ex ſeptem eccleſiis. Supra philadelphiam onē tem neſſus exuſta regio patet ſtadiis longa qngēs quadringentis lata: ubi nullæ arbores ꝓter uitem inueniuntur quæ exuſtuꝫ uinum ferit ita elegās ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt. montana petroſa & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigiſſe arbitrantur: nec dubitant quæ de Typhone dicunt hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubſtraneum ignem qui poſtea deſecerit regionem exuſſiſſe.

Philaretus proprium nomē uiri: & latine amator uirtutis dī. græce. n. ἀρετὴ uirtus dī.

Philargyria ex argyrion qđ apud nos argentum ſignificat componitur & auiditas argenti ſiue auaritia tranſfertur.

Philalethes. ueri amator latine dī.

Philocalus dici poteſt amor boni: uel mundus politus elegans philocalia amor pulchritudinis.

Philomella. nomen mulieris Pandionis filiæ athenienſis regis & ſororis Prognes quæ cum a Tereo compreſſa ſuiſſet tandem ut eſt in fabulis deorum miſerratione in auem ſui nominis conuerſa fuit: quæ & Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuria quam paſſa eſt. & interpretat⁹ Amabilis.

Philorcium ſœminæ per amatoriam adulationē dictū

Philo phūs hebræus qui ſapientia librum ſcripſiſſe fuit & alius philo hiblius ut Euſebius li. quan. præparationis tellatchos porphyrius li. iii. magnis laudibus decorauit.

Philoſophia amor & affectatio ſapientiæ. ſophia ſapientia dr. Hæc ſcientia di niditur in tres partes in moralem: naturalem: & rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam ſcrutat. Tertia proprietates uerborum exigit & ſtructurã. Moralis græce ethice dr. De qua Seneca phia animum formãt & fabricat: uitam diſponit: actiones regit. agenda & omittenda demonſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hæc ampliſſima artium dicitur. Apul. diſciplinam regalem appellat. tam ad benedicendã q̃ ad beneuiuendum repertam. A phia fit phus amator ſapientiæ: philoſophicus. a. um. Philoſophaſter phorũ imitator. Philoſophor. aris. Ci. li. i. de natura deorum. Et cum minime uidebamur: tum maxime philoſophamur.

Phileſius. cognomen Apollinis. Græci φιλέσιον amabilem dicunt: quia lumen eius exoriens amabili uenerationc oculorũ cõſalutamus.

Philippus nomen uiri proprium & latine equorum amator bellicoſus dicitur. Quo nomine dictus eſt Alexandri magni pater: & romanorum Imperator qui primus ex romanis imperatoribus chriſtianus fuiſſe perhibetur.

Philippi. ciuitas Thraciæ quam Philippus macedonum rex ædificauit: & a nomine ſuo philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterum uidere philippi: Hinc Philippicus. a. um. ut campi Philippici. In campis philippicis primo Cæſar & Põpeꝰ. Poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſio dimicauerunt. Hinc etiam Philippenſis & hoc Philippenſe: ut philippenſes ciues & philippenſe bellum quod apud philippos geſtum eſt.

Philippei ſine philippi ſunt aurei nummi p̃tioſi: quorum apud Plau. frequens mentio eſt: ut i Penu. Hic ſunt numerati aurei trecẽti nũmi qui uocantur philippi.

Philoſarca. amator carnium. Hiero. Nos ſimplices & philoſarcas. i. amatores carnium.

Philologus. amator uerborũ nel ſtudii.

Philolaus. nomen uiri proprium: & latine amor populi dicitur.

Philochrematos. pecuniæ amator

Philoponus. amator laboris. Philoponia amor laboris.

Philoſomatos. amator corporis σῶμα græci dicunt corpus quaſi σῆμα. i. animæ ſepulchrum. tanq̃ ibi ſepulta ſit.

Philopſychia: cupiditas uitæ: philopſychus cupidus uitæ.

Philotimos. honoris cupidus,

Philetærus. amans amicos.

Philoleutheros: amator libertatis.

Philerenus. amicus ſolitudinis. pe. p.

Philocharis. carus amicus.

Philagathus. nomen uiri propriũ quo ſignificatur benignus.

Philocompus. amator iactantiæ.

Philoctetes. tis. uel tæ. nomen Pæantis filii & Herculis comitis. quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarda philoctetæ ſanauit cura machaon.

Philomathes. diſcendi cupidus. philomathia amor diſcendi.

Philopolites. amator patriæ.

Philoſtorgus. amicus beniuolus neceſſariorũ. philoſtorgia indulgentia amor parentum.

Philonicus. lurgioſus contentioſus: uictoriæ amator.

Philtra. latine amatoria gñs ueneni amorẽ & ut plurimum inſaniam ingerentis φίλτρον enim apud nos amatorium dicitur. Ouid. lib. ii. de arte. Philtra nocent animis: uimq̃ furoris habent. Iuue. Hic theſſala. uændit philtra quibus ualea: mentem uexare mariti.

Philo nomen phi academiæ principis cui ſe totũ tradidit Cicero ut ipſe in Bruto tellat admirabili quodam ad phiam ſtudio concitatus. cum ille in bello mithridatico domo fugiſſet: romãq; uenisſet.

Philohiſtoricus. amator hiſtoriarũ. Hiero. ad Pauli. Quantus inter quattuor ppbas temporum conſciꝰ & totius mundi philohiſtoricus lapidem p̃ciuꝫ de monte ſine manibus claro ſermone pnunciat.

Philoxous. græce φιλόξους nimis cupidus uitæ.

Philoenus. uinoſus amator uini potator.

Philoxenus. hoſpitalis. philoxenia hoſpitalitas.

Philodulus amator ſeruorum. pe. p.

Philopaes: puerarius: pædico: amator puerorũ

Phimoſis dicitur cũ glans mẽbri uirilis ita tegitur p̃putio ut nudari non poſſit

Phiſon nomen fluuii. qd̃ teſte Ioſepho. libro primo ſignificat inundationem. qui eductus in Indiam ĩ pelago late diffunditur qd̃ Geta nuncupatur a græcis. Hic circuit omnem terram ciuiath ubi eſt aurũ terræ. ibi carbunculus & lapis p̃tioſus.

Phyllon. per. duplex. ll. latine ſolium dicitur una litera detracta. Hinc pentaphyllon. Melanphyllon platyphyllon & huiuſmodi multa.

Phylon. per ſimplex. l. ſignificat gentem genus nationem.

Phylarchus. latine princeps gentis.

Phylira. penultima correpta proprie arbor quam latini Tiliam uocant: q̃uis alii dicant eſſe membranã tenuiſſimam inter corticẽ & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ quæ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius libro primo carminum. Diſplicent nexæ phylira coronæ. Ouid. libro faſ. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Plynius uero libro xxuii. accipit phylinas pro capillamentis filiſq; tenuiſſimis. Phylira inquit croci nimium ſalem cibis eximunt. Et libro. xiii. Præparantur ex papyro chartæ diuiſæ acu in prætenues ſed q̃ latiſſimas phyliras. Mar. lib. de nup. philologiæ accipit phyliram pro membrana tenuiſſima. Cuiꝰ hæc uerba ſunt Libri in phyliræ cortice ſubnotati.

Phyllura. idem qd̃ phylira. ſ. membrana & tenuiſſimum capillamentum.

Phylaca. penultima correpta locus cuſtodiæ. hoc eſt carcer. Plau. Illic eſt abductus recta p̃hyllacam ut dignus eſt. Phylaciſta carceris cuſtos.

Phyllis. nomen Lygurgi rhacum regis filiæ quæ demophoonta thdei filium ex troiano bello redeũtẽ amauit & in cõiugium ſuum rogauit. Ille aut ante

se ordinaturum rem suam & sic ad eius nuptias re/
uersurũ. pfectus itaq; cũ tardaret phyllis & amoris
in patičtia & doloris impulsu q se spretam esse cre
debat. laqueo uitam finiuit: & conuersa est in arbo
rem Amygdalum sine follis. postea reuersus demo
phon cognita re eius amplexus est truncum qui ue
lut sponsi sentiret aduentum folia emisit. Vnde ćt
phylla sunt dicta a phyllide q̃ ante petalia diceban
tur. Est & phyllis amnis bithynniæ a quo phylli
phyllienseſq; dř ut inquit Strabo.

Phima. tis. gn̄s tuberculi mollis furunculo rotundio/
ris planioriſq. qđ in pus cito conuertitur.

Phyſis. latine natura dicitur. a quo physicus natura/
lis. Physica. oꝝ. naturalia: ut physica Aristotelis.
Vnde & metaphysica super naturalia.

Phyſiologus. de naturis differens. Piero. cõtra Ioui.
Legamus phyſiologos & reperiemus turturis hãc
esse naturam: ut si parem perdiderit: alteri non iun/
gatur.

Phyſionomia: naturæ regula Nam id uerbum signi
ficat mores naturaſq; hominum coniectatione qua
dam de oris & uultus ingenio scisciari.

Phyſeter. eris. penultima correpta. genus piscis mari
ni admirabili magnitudine φυσάω spiro uel suffio
Vnde tusus in arato. Delphinos uirides & phyſe/
teras anhelosi.

Phygethlon. ut inquit Cor. Cel. tumor est non altus
latus durus rubicundus cum uehementi inflamma
tione punctioneq; ac membrorum distẽtione: neq;
materia magnopere in pus conuertitur.

Phyton sine. h. In secunda ptium qđ capitur p re lo
cata. Vulgus Fictum appellat. Inde Emphytiosis
Phyton etiã latine planta. Python cũ. th. in ultima
significat serpentem.

Phlanates. populi sunt a qnib⁹ nomẽ sinui est inditũ
quem modo nautæ. Quernariu; appellant, alii ear
narium propter naufragia proceloto ferme semper
transitu. In recessu eius Senia urbs cui⁹ a tergo spe
cus sunt: unde uehementes nulla fere non hora uen
ti perflant: eaq; res infamem sinum cum reddit. Di
ćti phlanates ab oppido phlano: unde sinus om/
nis hic phlanonicus uocat, qui a pola colonia la/
deram usq; diffunditur.

Phlebotomia: Incisio uenæ quæ fit ad sanguinem mi
nuendum sedandi seruoris gratia φλέψ enim lati
ne uena. phlebotomum ferrum quo uena secatur.

Phlegmon latine inflammatio quotiens sanguis uti
lis & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam
corporis partem sed phlegma pituita.

Phlegethon. fluuius infernalis flammis æstuantibus
rapidus φλέγω ardeo. Virgilius. Quæ rapidus
flammis ambit torrentibus amnis tartareus phle/
gethon torquetq; sonãtia saxa. Hinc phlegethon/
theus. a. um.

Phlegma. atis. pituita. Inde phlegmaticus q ex phle
gmata laborat. phlegma ut inquit Aug. h. 21. ci. dei
in capite domicilium habet.

Phlema. dicitur cum ex labore uiæ sanguis defluit cir
ca talos.

Phlegonitis. lapillus q in eo flamma quædam in/
tus ardere uideatur.

Phlegras Martis filius rex Iapitharum in Thessalia
pater Ixionis & Coronidis. a quo phlegyæ populi
thessaliæ sunt cognominati.

Phlegræi. campi duo fuere alteri in græcia a phlegra
thessaliæ ualle: ubi gigantes cum cœlestibus pugna
nere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν. qđ est urere atq;
inflammare. qm̃ terra pliorum concitatrix est: dum
ibi gigantũ bellum exarsit. Alteri in campania pro
pe Cumas in quo Hercules cum his plium commi
sit. De quo Strabo libro quinto scribit. Fortunatus
erat & campus nomine phlegræus: in quo non a
gigãtibus gesta fabulæ deuulgant. Ita dić⁹ a col
le qui olim plurimum ignis euomebat: quem Vo/
suuium scriptores appellant. Ex hoc Hercules exi/
stimatur sicut Diod. meminit giganres fugasse.

Phlegmones. inflammationes siue collectiones quas
& impetus nostri uocant.

Phleos. herba palustris ad nexus utilis. ex qua phloi
næ uestes ab Herodoto ćt dř.

Phlyctena. latine pustula: quarum tria sunt genera.
Exanthemata quæ Plynius eruptiones pituitæ &
papulas appellat. Pydracion paulo durius est:
ac subalbidum & acutum. Epinyctis quæ tertium
discrimen est.

Phlius. untis. est urbs in medio sicyonii argiuiq; agri
ubi religiosissime colebatur hebe. Castellium phliu;
nominat Plynius.

Phoca. piscis bos marinus a sono mugitus. Virg. li.
iiii. Geo. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic
corio & pilis tectus parit in terra pecudu; more q;
num modo colt. In somno mugit. a quo forpue
uituli nomẽ accepit. Fuit & nomen imperatoris ro
manorum.

Phoce. es. oppidum est boeotiæ.

Phocea urbs minoris phrygiæ ut Inquit Ptol. athe/
niensium colonia. unde profecti sunt qui massiliaz
apud Gallos non procul a rhodano condidere. Di
ćta phocæa q uituli marini magno numero com/
paruissent ibem condentibus. Est & in Cana pho
cæa monti Mycale appositа. Ab hac phocenses: ut
a græcorum phocidæ phocenses. Ab utraq; pho/
caicus. Vnde muricem phocaicum. Ouid. posuit
a phocæa nõ procul a sardibus.

Phoceeſ. populi Ionum: qui primi longis naub⁹ se
cundum Herodotum uti sunt.

Phocis. parua græcorum regio. ubi oraculum delphi
cum. Luc. li. v. Massiliæq; iuæ donatur libera pho/
cis. In ea enim est oppidum Delphi sub helicone
monte. Fons Castalius & Cephitus amni & mons
parnasus. in quo Apollinis templum. Hinc pho/
cides & phocæi dicti sunt qui Massiliam condide
runt. Hos Varro scribit trilingues esse. q; græce &
latine Gallice loquantur.

Phocion athenienſis uir clarus cognomento bonus
pauper. Fuit enim semper pauper cum ditissimus
esse potuisset propter frequentes ei delatos hono/
res. Hic neq; ridere neq; lachrymare ab ullo unq̃ ẽ
uisus. Et in concione cum quis dixisset. Cogitabũ/
dus uideris o phocion. Recte cõsectas. Cogito. n.

si qua ualeo in his breuitate uti quæ apud Athenie
ses dicturus sum. Hinc cum legati Philippi Mace
donum regis ingentia munera offerent: honorare
turq; ut ea acciperet. Quãuis. n. ipse facile his care
ret liberis tamen eius essent necessaria quibus diffi
cile foret in summa paupertate ad paternam gloriã
peruenire. Si mei inquit similes erunt. idẽ hic age
lus alet illos qui me ad hanc dignitatem perduxit.
Si dissimiles nolo meis impensis illorum ali auge
riq; luxuriam.

Phœbus Apollo qui Iouis & Latonæ filius fuit eo
dem partu cum Diana genitus quæ & ipsa phœbe
uocitata est. diuinationis & sapientiæ deus a poe
tis existimatus & medicinæ repertor. Dictus phœ
bus quasi φόῤῥιος ab φῶς & ῥιος. i. lux uitæ

Phœbas. adis. fatiloqua q̃ phœbei nũmis concepto
afflatu fureret & agitaret. in bacchantis imaginem.
Sidonius. Nec sic intortum uiolatæ phœbados ul
trix in danaos fulmen iecit.

Phœnix Agenoris filius Cadmi frater q̃ phœnicib⁹
impauit: a quo phœnicia. Et phœnix arbor palma
& color ruber. a quo phœnice⁹. a. ũ. ut color phœ
nice⁹ qd̃ & phœniciũ dr. i. purpureũ. Similiẽ Phœ
nix auis a purpureo pẽnarũ colore dicta toto orbe ce
leberrima in arabia nascens aquilæ magnitudine q̃
annis sexcentis & sexaginta uiuere dicitur. gẽeris
tam mas. q̃ fœ. Hiero. in expositiõe symboli: Quid
mirum uidetur si uirgo conceperit cum oriẽtis auẽ
quem phœnicem uocat in tantum sine cõiuge nasci
uel renasci constet: ut semper una sit: & semper sibi
ipsa nascendo uel renascendo succedat. Idẽ ad præ
fidium. Phœnix auis est in india & per quingen
tos annos de libano implet se aromatibus & sic ni
dificat. & indicat sacerdoti heliopolitano mense fa
menoth. aut farmuth. Implet Ara⁊ sacerdos farmẽ
tis & ibi consert phœnix aromata & electrũ aræ im
ponit. Et primo soris ortu phœnix quidem mouet
pennas. Solis uero calore accenditur: electrũ: & sic
exurũt aromata & ipa phœnix icẽdit. Crastino die
de cinere gignitur uermis: secũdo pennas affert. ter
tio ad antiquam redit naturam & sic ad sua loca re
uertitur. Ambro. libro Hexa. Phœnix auis in locis
Arabiæ phibet degere. atq; ea asq; ad annos q̃ngẽ
tos lõgæua ætate pcedere. q̃ cũ sibi finẽ uitæ adesse
aduerterit. facit sibi thecã de thure & myrrha & cæte
ris odorib⁹ in quam impleto uitæ suæ tpe intrat &
mori. de cuius carnis humore uermis exurgit: pau
latimq; adolescit: ac processu statuti tẽporis induit
alarum remigia atq; in superioris auis spetiem for
mamq; reperatur. Est & phœnix nomen fluuii in
thessalia in asopum fluẽtis. Et phœnix qui ex phœ
nicia est populus: quem Iosephus scribit inuenisse
græcas litteras. Vnde Luc. Phœnices primi famæ
si creditur ausi mansuram rudibus uocem signare fi
guris.

Phœnicia regio in Syria a Phœnice rege sic uocata
Iudææ contermina. In ea sunt Tyros & Sydon ur
bes: Carmelus & Libanus montes in quo thura le
guntur.

Phœnicium color rubens. Hiero. in expositione psal.
Si fuerunt peccata uestra sicut phœnicium uelut ni
uem dealbabo. Nam greci φοινικοῦν phœnicium
uocant.

Phœnissa: mulier ex phœnicia.

Phœnicis. idis purpura pannus rubens. Phœnicea
puniceus ruber.

Phœnicopterus penultima correpta auis rubentes pẽ
nas habens. græci uocant phœnix rubrum & πτε
ρὸν alam. Iuuen. Et scythicæ uolucres & phœni
copterus ingens.

Pholus fuit unus ex centauris. Ixionis ex nube filius

Pholoemons arcadiæ syluosus de quo. Luc. li. vii. Si
licet ipse petet pholoen petet ignib⁹ œthon.

Phonascus: uocis pronunciationisq; magister & mo
derator dictio græca. Quintil. libro undecimo. Sed
cura non eadem oratoribus quæ phonascis. Sue. de
Aug. Pronunciabat dulci & proprio quodam oris
sono: dabat q̃ assidue phonasco operam. Is enim
uocem intorquere remittere lenire exasperare doce
bat: Facto nomine a uerbo φωνέω qd̃ significat
ioquor.

Phoreys huius phorcys. & phorcyn phorcynis nomẽ
Neptumni filii.

Phosphorus. penultima correpta latine lucifer stella.

Phragmon. nomen statuarii & pictoris egregii sicut
& polycletes.

Phrasis. eloquentiæ corpus: & dicendi modus. Dicta
a φράζειν. qd̃ est fari & differere. Hiero. in prolo.
li. pr. Secundus græcus est. qd̃ ex ipsa phrasi proba
ri potest. Quintil. Macer: & Lucretius legendi qui
dem sed non ut faciant phrasin. A phrasis fit theo
phrastus.

Phrenitis morbus lædens mentem & ad insaniam fu
rorem q̃ deducens. ἀπὸ τοῦ φρενὸς. i. deturba
tio mentis. Inde phreneticus qui eo uitio laborat.

Apud Iuue. Phrenesis penultima producta legitur.
Cum furor haud dubius cum sit manifesta phrene
sis. Afr Serenus promlit. Ex uitio cerebri phrenesis
furiosa monetur: amissasq; refert frendens amentia
uires.

Phronimos: latine prudens: phronesis prudentia. Ci
cero libro primo offi. Princepsq; omnium uirtutu⁊
est illa sapientia quam græci sophiam uocant. Pru
dentiam enim quam græci phronesin dicunt aliam
quidam intelligimus quæ est rerum expectandarũ
fugiendarumq; scientia.

Phrygia regio minoris asiæ a phrygio amne qui eam
a Caria diuidit. Vel a phrygia Cecropis filia: ubi
Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troo Ery
chthonii filii Dardani filio Troia in qua Ilion.
Duæ tamen feruntur phrygiæ maior. s. & minor q̃
Epictetus dicta fuit. Phryges christianam fidem te
nuerunt diu. Sed emersit apud eos montanus qui
dam qui se paracletum nominauit gentemq; illam
infecit: cum quo mulieres Prisca & Maximilla reli
ctis uiris suis incedebant: & illius inspiratione pro
phetissæ dicebantur: multisq; erroribus & phrygiã
& uicinas regiones implerunt. Phrygia ab aqui
lonis parte est Galatiæ collimitata. A meridie Ly
caoniæ pisidiæ mygdoniæq; contermina. In ea est

Ida mons & tmolus & pactolus fluuius. Ex ea fuit sibylla nona quæ fic uaticinata est. Tuba de cœlo uocez luctuosam emittet: tartareum chaos ostendet debiscens terra. Venient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul & impios. tũc demum impios in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum uiuent.

Phryx. gis. masc. gẽris pro eo q est ex phrygia. Hiero.: Compelle phrygem & ponticuz ut loculam comedat. Dicitur & phrygus. a. um. Virg. b. ix. de mulieribus loquens. inquit. O nere phrygæ.

Phrygiones: qui acu pinguntuel qui uestes acu auro intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Ply. libro decimo. Pictas uestes iam apud homerum fuisse uideo. Vnde natæ triumphales acu factæ id phryges inuenerunt. Ideoq phrygiones appellati sunt. Idem appellat dardanum aurum.

Phthia. ciuitas thessaliæ a qua phthius & phthiota. Vnde Achilles phthiꝰ dictus est. Ouid. Quã sine me phthiis canescant æquora remis. Et uideã puppes ire relicta tuas.

Phthiotis. idis. dicta est una ex quattuor thessaliæ partibus ut inquit Strabo.

Phthiriasis: morbꝰ pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν qđ & pedes & pediculos uocamus. Vnde phthirophagi dicti sunt populi solis piscibus uiuentes a tenuitate uictus quasi pediculis uescantur. Hi sunt iuxta pontum Euxinum. Hoc morbo extinctus est Silla dictator & Pherecydes poeta.

Phthisis. tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite distillante ἀπὸ τοῦ φθίνειν qđ est tabescere. Vnde phthisici nocant. Sunt qui phthisin phthonẽ quoq appellent. sed illud genus maxime quo sanguis reiicitur. quali morbo laborasse theopompum & ab Asclepio curatum tradunt

Phthongus sonus. Vnde diphthongus. Quã ob cãm phthongus & harmonia in cœlo dicantur. Vide Ptolomæum libro tertio harmonicæ institutionis ὅτι φθέγγομαι ἐστί τὸ μὴ δύνασθαι ὁμοίως παραδίδοται q autem Pythagoram dicant aliqui primum inuenisse cœluz harmonia uolui an alii Suidas noster explicat.

Phucus animal uolatile paruum a phago comedo. Vide in dictione Fucus.

Phut inde phutei ut Ioseph scribit Mauritaniæ populi. Fuit aũt phut Chamæ filiꝰ. Cuiꝰ pater Noeus Ita enim a græcis nocari dicit quem hebræi Noe dicunt. uel potius cha noch.

Piaculum sacrificium cultus & quicquid agitur seu ꝓbetur pro sacrificatione peccati. Virg. Ea prima piacula sunto. Hor. libro car. Teq piacula nulla resoluent. Hoc est nullis hostiis te expiabis. Aliquando dicitur crimen flagitium. Hiero. in lib. Iudi. Nãq tantum nefas & tam grande piaculum factum est i israel. Virgilius libro sexto. Diffulit in seram commissa piacula mortem.

Piare significat colere. Plau. Vbi piem pietatez si isto more morata tibi postulem placere. Quandoq contaminare polluere qđ & inpiare dicitur. quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. Quandoq pie amare. Nenius. Nemo est qui magis suos piet liberos. Aliquando Purgare. Virg. Et culpam mifenonum morte piabunt. Huius uerbi cõpositæ sunt Expio qđ est purgo. Impio contamino. Hiero. in plogo. Aggei. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruiendo etiam effusionem sanguinis innocentium se grauiter impiasset. lxx. annorum captiuitatem eundẽ populum statuit sufficere.

Piatrix. sacerdos quæ expiare solita erat.

Piamen seu piamentum erat id quo in expiando utebatur. est tamen dictio magis poetica quã oratoria nam grandis est differentia de usu dictionum: quæ uarie scribendi generibus conueniant aliis utitur satyricus aliis orator aliis historicus.

Piaculare qđ ad satisfactionem peccati pertinet. Liu. libro primo. Itaq ut cædes manifesta aliquo tum piaculo lueretur imperatum patri ut filium expiaret pecuniapublica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis quæ deinde genti botanæ tradita sunt. Piacularia tristia per quæ malum fieri opinabãtur. Nã a superis fœlicitatem: ab inferis diis infœlicia dari censebant. Piacularia auspicia dicebantur quæ sacrificantibus tristia portendebant: cum aut hostia ab ara profugisset: aut percussa mugitum edidisset: aut in aliam partem corporis q̃ oporteret cecidisset.

Piabile. qđ purgari potest. cuius contrarium est Inexpiabile. Augustinus super Io. Videunt se ingenti crimine impietatis adstrictos: quando illum occiderunt quem necrari & adorare debuerunt. & hoc putabant esse inexpiabile.

Piens. a pio. as. cum significat pie amo. A quo pientior pientissimus.

Pietas. inquit Cicero libro artis ueteris est per quam sanguine conuictis patriq benuolis officium & diligens tribuitur cultus. Augustinus uero sic. Pietas proprie dei cultus intelligi solet: quaz græci Eusebian uocant. Hæ tamen & erga parentes officiose haberi dicitur. More autem uulgi hoc nomen ꝺt in operibus misericordiæ frequentatur. Quod ideo arbitror euenisse quia hæc fieri præcipue deus mandat eaq sibi uel pro sacrificiis: uel præ sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factũ est ut & deus ipse dicatur pius: quẽ tñ græci nullo suo sermonis usu eusebian uocant. quauis eusebian pro misericordia illorum etiam uulgus usurpet. Huius contrarium est Impietas qua ab iniustitia sic diligi solet q illa in deum. Hæc dici in homines potest. Per iliam contemplatione delinquitur. hac opere & factis peccatur. Pietas etiam a Romanis deputata est.

Pius. pia. pium. quandoq religiosum significat. Virgilius. Dii meliora pijs. quandoq misericordem benignum Ci. non secus in me pius quam pater in filios. quandoq cultum. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Huius contrarium est impius. Extimo autem quod deductum sit a græco pius in mu

tatiſcula quadam πρᾶος ος ἐς ἓν. i. λεπτὸ τυρί.

Picea genus arboris. quam Plynius libro naturalis hiſtoriæ. quintam ſpeciem cedri ſcribit eſſe.

Picens. a. um. a pix fit.

Pico. as. ſignificat pice quicquam linio. Plynius lib. xxxvi. Sed uaſa tuentur picando parietes quoniam & tectoria calx roditur. Sciteq; dictum eſt ad tecta eos pice: ad uinum calceuti quoniam ſic in iuſta cõdiunt. Huius compoſita ſunt. Compico. & Impico. unde Col. libro ſeptimo. Si dolore neruoru3 claudicat. oleo & ſale genua poplites & crura cõpicãda ſunt donec ſanentur.

Picatus. a. um. quod pice linitum eſt. ſeu conditum ut uinum picatum. Antiqui enim uinum pice condiebant. quod picatum uocabant. Ply. Pice & reſina condite muſta uulgare italiæ eſt. Erat & picatũ aliud quod ſponte naturæ ſuæ picis ſaporem recipiebat. & hoc in agro uienenſi peculiariter naſcebatur. Plynius. Iam inuenta uitis per ſe in uino picem habens reſpiciens q; uienẽſẽ agrũ.

Picus auis parua uncorum: cauat arbores. In quibus pullos educsei & ſcandit in ſubrectum felium modo. Dicta a pico ſaturni filio qui ei nomen dedit. ut docet Plynius libro. decimo. Et quoniam hæc auis marti ſacra eſt. quandoq; picus martius dicitur. Picos romani ueteres uocabant. Quos græci gryphes uocant. bæluæ quadrupedes auriticq; niſu. & forma terribiles corpore leonino roſtro alis pedib9 aquilis ſimiles. habitare in hyperboreis montibus in aſiatica ſcythia ferũtur ubi aurum & gẽmæ naſci perhibentur. ibiq; tãta rabie in homines deæuiũt ut terram ipſam in habitabileu faciant. Et quaſi geniti eſſe uideantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plau. pici diuitiis qui aureos montes colunt eos ſolus ſupero. Sed hoc ut multa alia fabulo ſum eſt. Fuit & picus rex latinorum ſauni pater & latini regis auus auguriorum peritiſſimus. & prius hac aue uſus eſt in auſpicijs. Ouidius. Picus i auſoniis proles ſaturnia terris.

Pica quanuis feminínum uideatur a picus: longe tamen diuerſæ ſignificationis eſt. Nam auis eſt magnitudine palumbæ: alis uario colore & præſertim cæruleo depictis uerba proferens Mar. pica loquax certa dum te uoce ſaluto. Si me non uideas eſſe negabis auem. Eſt & alia pica ſub uentre alba ſuperne nigra. quæ uaria appellatur.

Picenum. regio italiæ in qua eſt aſculum. a pico martio aue dicta. cuius ductu & auſpicio ſabini cum aſculum proficiſcerentur in uexillo eorum picus conſederit. Nam ſicut Stra. libro quinto ſcribit. Conditores picentium e ſabinorum terra profecti ſunt. a quibus orti ſunt. picenum quondam uberrimæ multitudinis. Nanq; trecenta & ſexaginta milia picentium in fidem romani populi uenere. Ea nunc marchia anconitana dicitur. Incipit a Troento amne uſq; ad Iſaurum fluuium qui nunc ſolia dicitur. Et hinc a penino hinc mari ſupero terminatur. habet ciuitates. piſaurum: fanum. fortunæ. ſenã gallicam urbinum anconã: camerinũ. firmũ. & aſculũ.

Piſcenus. a. um. nomen poſſeſſiuum: ut picenus ager

Picens. tis. nomẽ gentile: ut homo picens ex picẽo. hinc picentinus. a. um.

Picra amara dicitur. Hieronymus. ad alga. Vidi ego nauſeam & capitis uertigmen. antidoto qd appellatur. πικρὸς idcſt amara ſæpe ſanati.

Picturatus uaria pictura exornatus & acu pictus. nñ picturatæ ueſtes dicuntur non a picturo qd nõ inuenitur. ſed ſimplex participium uel participii tantum uox eſt. Virgilius. Fert picturatas aun. ſub te gmine ueſtes.

Pierus pe. cor. nomen patris nouem picarum. Ouid. libro quinto. pierus has genuit pelleis diues i aquis

Pieria mons & ciuitas Boetiæ quam primus pierus lini pater ædificauit muſis ſacer. hinc pierides nuſæ. q; in pieria ex ioue & mnemoſyne natæ ſint: ut inquit Stra. Vel a pieria regione macedoniæ. Emathia ante dictæ. a nemore ita appellata. cui nomen eſt pieris. Et pieres populi ſunt dicti: quibus extinctis macedones ea loca inuoluere. A pieria fit pierius. a. um. unde pierium carmen. Muſæ autem ſuauiſſimum uiaticum ad labores uitæ. nñ theocritus ὦ ὗλε μὴ τὸν ἐμὸν τὸν ἐρωτικὸν φέρμακον ἄλλο τινὰ ἐξ οὐρανοῦ ἐλθέτω ἐμοὶ δόμον οὐδέ, ἐπὶ πᾶσιν ἐπὶ τοῖς πιερίδες.

Piget. piguit & pigitum eſt. Sta. libro ſeptimo. Nec pigitum paruos q; lares humileſq; ſubire. Dicitur & pigeo. es. pigui. & conſtruitur cum accuſatiuo. ſignificatq; dolere ſeu moleſtum eſſe. & ut inquit Auguſtinus. quaſi pigriciam ſignificat. Nã cũ dicimus. Piget me feciſſe hoc: eſt dicere. non ſurgit mens animus probare quod feci. Plau. in pſeu. Id qd pudet facilius fertur. quam id qd piget. Terent. in phor. Quæ te obſecro ne plus minus ue faxit. quod nos poſtea pigeat. Quando uero imperſonale ẽ cõſtruitur a parte ante cũ accuſatiuo uel dat. uo plau. Non dediſſe te pudet. me quia non accepi piget. Ouidius libro ſecundo met. Pigetq; actorum ſine ſine mihi ſine honore laborum. Inuenitur etiã pigendus quod eſt a pigeot uerbo deponenti. Differentiam inter pigere & pudere. uide infra in dictione pudeo.

Piger tardus cuius contrariũ eſt impiger. p diligente hinc pigricia pigricies. pigredo. pigritudo & pigritas. p tarditate & ignauia. Ci. li. iii. de rep. Nõq uiri fortiſſimi fortitudo impigritas patia. Et libro quarto tuſ. Quæ autẽ ſubiecta ſunt ſub metu ea ſic diffiniũt pigriciã metũ cõſequentis laboris.

Pigreo. es. piger ſum a quo pigreſco & pigrefio idẽ ſignificantia.

Pigro as. detineo ac retardo. Actius. melius pigraſſe q; ppaſſe nefas.

Pigmẽta ſi unguenta qb9 utun ſpuellæ ad uenuſtãdã faciẽ. ut fucus. p triſtationẽ uero dñr mẽdacia et fraudes. qa ñ ẽ nãlis color ſed artificialis. Ci. li. ii. ẽ ora. Tã integræ ſniæ. tã ueræ. tã nouæ. tã ſine pigmentis fucoq; puerili: ut mihi non ſolum tu incendere iudicem. ſed ipſe ardere uideris. Accipitur etiã quãdoq; pro cõfectiõe ex diuerſis ſpẽbus ſuaui & odorifera. Hiero. Deniq; & hi qb9 itellect9 herbaꝝ eſt pigmẽtorumq; ptia ferũt quædam eſſe pigmenta.

Quorum si odorem ceperint nonnulla animalia continuo intereunt. alia uero eodem odore mercantur uitamq; recipiũt.

Pigmentatus.entata.tum. quod est pigmentis ornatum. Hieronymus ad paulinum. Totum flaccidum molle nitidum atq; formosum quæsitis hinc inde odoribus pigmentatũ.

Pigmentarius.qui facit uel uendit pigmenta. Hiero. in exo. Cõposuit & oleum ad sanctificationis unguentũ & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarii.

Pigmentarius.a.um, quod ad pigmenta pertinet.

Pignus.pignoris.& eris.a pugno ut Caius de uerbo. signi. inquit: Quia res quæ pignori dantur manu traduntur. Et est proprie quod creditori datur ut sit securus. Et hoc modo sæpe dicitur cum aut munus nostrum: aut aliquid simile pignus esse amoris. & beniuolentiæ uolumus. Virgilius. Ipse pater dextrã anchisæ haud multa morãs. Dat iuueni atq; animũ præsenti pignore firmat. deest securum facit ut qui dat pignus. Vlp. inter pign⁹ & hypothecam hoc differe scribit. quod pignus dicitur cum ad creditorẽ transit. hypotheca cũ non transit. Quonã uero filii uidentur tanquam pignora inter uirum & uxorem esse. tũ uinculi ne alioquin forte diuortium fiat. tũ charitatis factum est ut pignora pro filiis capiantur. Nam ut inquit Ambrosius. Cũ præmium nuptiarum sit partus fœminarum. mento mentes cõiugales per filios ueluti per quædam quasi pignora inter se arctius copulantur. Ouidius. Dulcia uoli citæ gestabant pignora matres. Aliquando pignus sumitur pro eo quod deponitur ab his. qui simul decertant apud tequestrum Virgilius. Tu dic mecũ quo pignore certes.

Pignoro siue pignero pigneras. significat rem pignori do. Sue. de uitel. Vtq; ex aure matris. detractum unionem pigneravit ad itineris impensas. Huius cõposita sunt oppignero. & repignero. de quibus alibi. Inuenitur etiam pigneror deponens in eadẽ significatione.

Pigneratitius pigneratitia.um. es supino uerbi pignero nomen deductum significat quod pignori datũ est: ut res pignoratitia. Et pignoratitius ut. cui pignus capere licet. Vlp. Quæritur in pignoratitio creditore an pignoris persecutio denegetur.

Pilus prima cor. capillus. Nam ambo conuertuntur Gel. Si ouium lacte hedi: aut caprarum agni alerẽtur constat ferme in his lanam duriorem in illis capillum gigni teneriorem. a quo pilo. as. Et est pilus nomen generale: Nam pilum pro capillo. Idẽ Plyposuit. In capite inquit cunctorũ animalium hominis plurimus pilus. pili longiores ac proni in colla atq; armos uertentes iube dicuntur. pili uero crassiores rigidi quales habent sues uocantur setæ. pilus uero prima pro. qd & pilum dicitur. telum romanum a penmendo dictum. quasi pensum ut inquit Var. Huius hastile erat pedum quinq; semis & ferrum trigonali figura nouem unciarum. a quo pilati dicunmr: pilo armati. Mar. Et pilata reddit iamq; subitq; cohors. Generaliter tamen pila Varrone auctore tela romana sunt. sicut gesa gallorũ & sarissæ macedonum. Hinc & primipilus dicitur centurio. Et præpilatæ hastæ. quæ ferreas habent cuspides. quasi præferratæ. Propilatum dicitur ubi non est ferrum. si modo in mucronem exactum sit ad formam pili factum ut cornua locustarum quibus natant. Præferratum uero pilum in molendo. propterea uocatur apud Plyt. ut a pilo nuido distinguatur ad molas uidelicet quas aqua uersat utili. Nec tam quod sine ferro est. id nomen habet: quã quod aspersum imponitumq;. Nam & nudus panis appellatur. qui parum coctus rugosusq; sit. quã quam rubidus fere sentiunt. Præterea pilus siue pilum a pinsendo seu a pilumno: ut inquit Seruius. Initrũ quo quidpiam in mortario teritur. Plynius libro. xvii. Quippe & etruria ipsearum farris tolli pisente pilo præferrato fistula serrata. & stella intus deiculata ut nisi intenti pinsant concidantur grana. ferroq; franganur.

Pila.æ. a pinso. uas concauum. quod antiqui siccata frumenta in pilas trunsita pinsebant. Idem in eodem. Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter uasa illa concaua modicorum uiui apta in quibus Typsanæ fieri solent. pilæ dicuntur. Item pila est columna itãs quam græci. πίλαρ uocãt a tãdo proprie stelas græci appellant stantes in monumentis columnas. Apul. libro tertio me: Pila medĩa quæ stabili trabes sustinebat. Festus. pila quæ parietem sustentat ab opponendo dicitur. plynius libro undecimo. Ruentes æras fulciunt pilarum instar interius a solo fornicatus ut sit aditus ad faciẽdum. Item pila est qua ludicit ab πιλέω æquo cp forma sphærica sit. quæ omni ex parte æqua ẽsud a pilo quod pilus implen soleãt. Item pila capitur pro quacumq; re rotunda instar pilæ lusoriæ.

Pilatim aduerbium. a pila pro columna. significat pilas. Vict. pilatim struuntur ædificia.

Pilula quasi parua pila. plynius. Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles intus habentes floscvlos molles lucernarum luminibus aptos. Idẽ Scarabeus qui pilulas uoluit. Et ea uenena quæ hac forma sumimus uulgo pilulas nominamus. Idem uetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hæc græco uocabulo catapotia dicuntur.

Pilum nouacula culter rasorius. & hastile quinq; pedum & semis. de quo in dictione pilus.

Pilani dicti sunt milites qui pilis pugnabant qui antea primipilares uocabãtur mutata. n. i re militari.

Pilo. as. penultima correpta. a pilus qui in carne est. significat pilos emitto. Actius. Iunc primum pilabant genæ. Asra. Meum præterea corpus nũc pilare primum cœpit. Interdum etiam pilare est pilos detrahere. Mar. quod pectus cp cura pilas.
Hinc componitur. Depilo. pilo pilas penultima producta. Graecum est. & significat. Complano. A quo fiunt composita. Compilo. Expilo. Oppilo. & suppilo.

Pilates: genus lapidis candidissimi. Cato. Lapis candidior quam pilates.

Pilentum uehiculi genus quo matronæ ferebantur.

Idem uidetur quod petoritum quod quattuor rotarum ab hiſpanis introductum Var. de lin. la. i cõ ſuetudinem ſua ætate primum ueniſſe ſcribit. Eſtq; eius formæ qua noſtri temporis principum italiæ mulieres uectantur. ita libratum ut conſidentes in puluinis in aere ſuſpendi agitatæ uideãtur.

Pileus tegmen capitis. quod & pileum dicitur. plaut. ut ego hodie raſo capite caluus accipiam pileum. perſius. hanc nobis pilea donant. ponitur quãdoq; pileus pro libertate. Vnde legimus apud hiſtoricos ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos. quod ſignificat ad libertatem cuius inſigne eſt pileus. Liu. li. xxiiii. poſtero die ſerui ad pileum uocati: & carcere nincti emiſſi. Suetonius in Tibe. Seruisq; ad pileum ſtrictis uocatis in ſiciliam profugit. Accipiebant enim ſerui pileum raſo capite qui manumittebantur.

Pileolus. & pileolum cum accentu in antepe. hot. in epiſtolis. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Hieronymus ad fabiolam. pileolus rotundus eſt. quaſi ſphæra media ſit diuiſa. & pars una ponatur in capite. hoc græci & noſtri tiaram nonnulli galerum uocant. Idem ad paulinum neutro genere dixit. pileolum textura breue. charitate laniſſimum ſenili capiti confouendo libenter accepi & munere: & muneris auctore lætatus.

Pileatus. qui pileo indutus eſt. unde ſerui pileati qui pileo impoſito uendebantur.

Piiumnus: qui ſtercorandorum agrorum: & pinſendi frumenti uſum inuenit. Iouis ut putant filius & dauni pater. Ser. li. x. æn. pilũnus & pitũnus fratres fuerunt. dii horum pitũnus ſtercorandorum inuenit uſum agrorum. unde & ſterquilinius dictus ẽ pilũnus uero pinſendi frumenti. unde & a piſcatoribus colitur. Et ab ipſo pilum dictũ ẽ.

Pina per ſimplex. n. genus piſcis ſiue conchæ. Cice. libro. ſecundo de natura deorum. pina uero. ſic. n. græce dicitur. duabus grandibus obſita conchis eũ qua piſciculus ſquilla dictus ſocietatem coit. i ali quibus cancer cibi affectator.

Pinna per duplex. nn. proptie pẽna eſt quæ pluma. l. mollior & exigua penna non eſt. Nam penna nomen generale eſt ad plumas & pinnas. Varo. libro tertio de re. ruſ. de columbis. Qui tam pinnas habere incipiunt: in nido relinquunt illiſis cruribus. idẽ de gallis. Eligat fœcundas plærunq; rubicũda pluma. nigris pinnis. Col. libro nono. Siccus etiã puluis & cinis ubicunq; cohortem porticus uel tectus protegit iuxta parietes reponendus eſt: ut ſit quo alues ſe perfundant. Nam his rebus plumam pinnasq; emundant. Pinna etiam acutum ſignificat. unde & pinnæ murorum ideſt ſummitates. pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. unde pinirapi extiani dicuntur q; pinas t galeis mimulonum iacto rete exciperent.

Pinnirapus pe. cot. gladiator. Compoſitum nomen ex duobus corruptis ſcilicet pina & rapio. Iuuena. Hic plaudat nudi preconis illius iter. pinirapi cultos iuuenes iuuenesq; laniſtæ.

Pinnula diminutiuum a pina. Et eſt ſumma pars auris ab acutitate dicta. Aliquando parua pinna ideſt penna. Col. li. ix: Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

Pinnaculum. faſtigium & ſũmitas ædificii in acumẽ tendentis. ſiut q; ueteres pinnam acutum dicebant Vnde bipennis ſecuris quæ utrinq; aciem habet. ſine q; pinnaculis addi pinna conſueuit. quæ facili motu uentorum indicet flatum. quod genus nunc penniculum dicitur.

Pinaces & per diminutionem pinnacidia dicuntur tabellæ in quibus capita omniuru rerum continentur & latine indices dicimus.

Pinacothecæ: locus erat propc atrium. in quo pictæ tabulæ reponebantur. In tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur. Var. ſcribit nullos ſpectatum uenisſe luculli uillas: ut uiderent pinacothecas.

Pinus arbor tam maſculini. quam fœminini generis & tam quartæ quam ſecundæ declinationis eſt. quæ & pinea dicitur. Ambroſius. Quis pinum uidens non ſtupeat. pineus pinea pinum. quod eſt mãtuz ex pinu. unde pinea corona qua ut inquit Plynius apud iſthmum uictores coronobantur. pinetum locus pinis conſitus.

Pinaſter pinus ſylueſtris miræ altitudinis. plynius libro. xvi. pinaſter nihil aliud eſt quã pinus ſylueſtris

Pindus. lapitharum ſedes mons theſſaliæ apollini muſiſq; ſacer Acarnaniam ab æthelia diuidit. Sũt tamen qui hoc nomen cum ypſilon ſcribant. Eſt & nomen urbis theſſalicæ a pindo monte appellata: iuxta quem eſt fluuius eiuſdẽ nois.

Roma urbs italiæ: regina urbium & totius orbis caput. Hæc paruum ab initio oppidum fuit. a iuuentute latina ualentia appellatum. Quod cum Euander ad ea loca ueniens extendisset seruata prius imposiri nominis significatione romam nuncupauit Si quidẽ græci ῥώμην robur appellãt. Hiero. cõtra Ioui. Roma aũt fortitudinis nomen est apud græcos: aut sublimitatis iuxta hebræos. Alii uolunt troia capta quosdam ex achiuis in ea loca ubi nunc roma est deuenisse per tiberi3. deinde suadente nobilissima captiuarum cui romæ nomen erat incensis nauibus posuisse sedes. & structo oppido Romen ab ea uocasse. Alii romam a romulo dictam uolũt. Romulus uero a romula arbore ideit ficu sub qua romulus & remus pueri inuenti sunt cum lupa præbente infantibus rumen. ideit mãmam. uel a rominando q; ætate sub ea pecudes rominabant. Sunt et qui romulũ & remũ a robore. ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos uolunt. A roma fit Romanus. mana. manum. quod e roma est. uel qui romam inhabitat Romanensis. qui alibi ortus est sed in roma uersat. Vnde Cato. seu Var. in li. de rerus. Salem romanẽ sem appellat non romæ factum sed qui romæ uæn debatur.
Romulus nomen proprium eius qui romam condidit. a quo romulida & romulia tribus.
Ronchus: stertentis sonus nomen facticiũ. Mar. Maiores nusquam ronchi iuuene q; senecq. Et pueri nasum rhinocerotis habent. Ponitur quandoq; p derisione.
Ronchisso. as. sterto. Plau. cyathissat dum cœnat dũ dormit ronchissat.
Roro. ras. humorem instat roris paulatim demitto. Virgilius libro octauo. Raptabatq; uiri mendacis uiscera tullus. per syluam & sparsi rorabant sangui neuepres. Hinc componitur Irroro penult. prod. qd̃ est intus uel supra rorem spargo. & madefacio: Virg. li. i. Ge. At cum sole nouo terras irrorat eo⁹.
Roresco. is. a roreo. es. conuenit esse Ply. libro. xviii. Aquilonem pronunciat terra siccescens sed rorescẽs repente haustum imnuiscet humescens in rore occulto.
Rorulentus. a. um. quod est plenum rore. Col. lib. vi. Cauendum ne aut septentrionalibus uentis aut rorulentæ. sed siccæ serantur uites. Idem Rorulentæ baccæ non legantur.
Rorarii milites: qui armatura leui prælium primi cõmittebant. q; ut ante pluuias cœlum rorare solet. sic illi ante grauem armaturam qui prodibant: rorarij appellabantur. qui & serentani.
Rotarium uinum qd̃ rorariis dabatur.
Ros: humor qui sereno tempore e cœlo fluit.
Rosidus. a. um. quod est rore perfusum. vnde nox rosida dicitur quæ rore hunecta est. Ply. libro: xviii. Quidam pridie tigant prata ubi sunt rigua nocturnis rosidis ficari melius. Similiter mala rosida quæ matutino rore humecta sunt. Virgili. Sepibus in uostris paruam te rosida mala. dux ego uester eram uidi cum matre legentem.
Rosa flos e spina nascens.
Roseus. sea. seum. ut roseus color. a rosarum similitudine. a quo & roseus pannus: rosea uestis. Plynius Asini a coitu spuma collecta rosco panno & inclusa argento uenerẽ stimulat. Roseæ purpureæ genæ
Rosaceus. a. um. quod ex rosa factum est. Vnde rosaceum oleum ex rosis. Ply. libro. xx. Succus ex stringentis illius cum rosaceo & aceto febrium ardoris refrigerat.
Rosarium copiam fruticum significat uno loco rosas gignentium Ply. Rosaria a fauonio fossa opꝫ esse.
Rosetum. idem qd̃ rosarium.
Rosea: campus in agro reatino: quod in eo arua rore humida semper seruntur.
Roscius. pprium histrionis nobilissimi nomẽ a quo omnes in aliqua re perfecti roscii dic.
Rostrum: quo aues aliquid apphendunt. Nec solum de auibus sed de reliquis quoq; animalibus & de ipso homine dicitur. Plynius. Et mugilis rostrum. Plau. Ad usq; rostrum hominis. A similitudine et rostri auium dicta est pars illa exporrecta atq; acuta e prora. a quo naues ipsæ rostratæ dicuntur. Et sicut scribit Liuius. Rostra dictum est templum seu forum ante curiam hostiliam in quo erat pulpitum ornatum ex rostris nauium antiatum. Ex quo loco concionari solebant. Vnde sæpe legimus p rostris ideſt in rostris. In eo enim loco rostra ab hostibus capta fixa erant.
Rostellum: paruum rostrum. Plynius. Muris rostellum. Col. libro nono. Animaduertat an pulli rostellis oua percuderint.
Rotundum dicitur collectum & per omnem circuitum lene sine offensione asperi anguli dictum quasi retundum a retundendo. quod omnis undiq; retunsa & ueluti detornata sit asperitas. Habet enim quod rotundum est unicam superficem in qua nec ptincipium notari potest: nec finis. Rotundum etiam a radendo dici potest. quod circuitu rasum atq; expolitum sit. Transferut quandoq; ad animum. & pro collecto concinno ac perfecto accipitur. unde ore rotundo loqui dicuntur qui multa paucis exprimunt. Capacioris enim formæ uidentur horum uerba. quam eorum qui multa in pauca dicũt. hor. Grais ingenium grais dedit ore rotundo musa loqui Gel. Crispum sane agmen orationis rotundum q; ac modulo ipso numerorum uenustum. Ci. Theodectes autem præfator nec satis ut ita dicam rotundus primus instituit dilatare uerbis. Idem. Accedunt uerba apte & rotunde dispositi ideſt collecte eleganter concinneq;.
Rota. a rotunditate: seu a ruendo. ruit enim facile in suos orbes. Rotæ etiam a latinis dicuntur capræ ut inquit Var. libro secundo de re rus. Huius diminutiuum est rotula.
Rotella diminutiuum a rotula. Augustinus. Brenis

etiam rotella orbiculus appellatur.

Roto.as.uerto Hieronym⁹ libro primo g. Porro inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ. Col. libro. ix. de pauonibus loquens. Signa sunt extimulatæ libidinis cum semet ipsum ueluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit. Idq; cum facit rotari dicitur.

Rubus: sentis genus: mora agrestis. Sic enim a rusticis in italia appellatur. Hor. libro primo car. Seu uirides rubi. serenus. Manditur apta rubus gingiuis & bona labris. Rubetum locus ruborum. in quo rubi sunt.

Rubeta. ranæ genus uenenosum in sicco semper rubens & a rubis nomen trahit. in quibus plærunq; nidificat. Iuuenal. Porrectura uiro miscet sitiente rubetam.

Rubi. orum tantum plaraliter oppidum campaniæ. a ruborum frequentia. seu a colore ruboris. Hor. in ser. Inde rubos fessi peruenimus. utpote longũ carpentes. Inde afferebantur. Rubea uimina pro uiscellis. Virgilius. Nõc facilis rubea texat fiscina uirga.

Rubia: herba tingendis lanis ac coriis idonea uulgo nota.

Rubeus & ruſus generalia nomina sunt ad omnia q̃quomodolibet rubent. Et enim sanguineus croceꝰ aureus ostrinus fuluus flauus rubidus phœniceus rutilus luteꝰ spadyceus rubei seu rufi coloris sunt. ut acuentes eum quasi incendentes aut cum colore uindi miscentes: aut nigro infuscantes. Gel. li. l. sed eum aliter rubeat ignis: aliter sanguis: aliter ostrum aliter crocum. has singulas rufi uarietates latina oratio singulis proprijsq; uocabulis non demonstrat omniaq; ista significat una ruboris appellatione. cum tamen ex ipsis rebus uocabula mutuentur. & igneum aliquid dicit. & flãmeum & sanguineum & croceum & ostrinum & aureum. Aliquando rubeus ponitur pro spineus a rubo. qui & uitiliũ usu cõmendatur Plynio. uel a rubis oppido campaniæ. ut putat ser. illo uersu. Nunc facilis rubia texatur fiscina uirga. sunt tamen qui negent rubeum dici debere sed rubentem.

Ruber. a. um. idem quod rubeus Hor. libro. prio ser. Obscænoq; ruber porrectus ab inguine palus.

Rubor ipse color rubeus qui & rubedo dr.

Rubeo. bes. bui. rubeus sum. Virgilius. sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis. Hieronymus. inter cãdenna lilia & rubentes rosas.

Rubesco. rubeus fio. Virgilius. Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis. hinc componitur. Erubesco eius dem significa. Ouidius. Tum pater ut terras mundumq; rubescere uidit. Transfertur sæpe numero ad uerecundiam. Virgilius. Nostra neq; erubuit syluas habitare thalia.

Rubefacio notæ significationis. a quo rubefio.

Rubicundus. rubore plenus. siue abunde rubens. In quo alternitatis causa ut inquit Prisc. loco. b. ponitur ne sit absonum si rubicundus dicatur.

Rubidus. rubida. bidum. quod est colore rufo atriore multo mistum. Aliquando tamen rubidus scaber atq; asper dicitur. Vnde a scabricie panis secundo coctus rubidus uocatur. qui & nautarum usu nauticus appellatur. Plaut. Exiguam bucellam rubidi panis. Item scorteæ ampullæ rugosæ rubidæ dicuntur. Quidam etiam ruuidus scribunt.

Rubellæ uites appellatæ sunt. & rubellæ uineæ. q̃ uitium ipsarum materia rubra sit. Plynius libro decimoquarto. Proxima dignitas nomentanis rubente materia. Quapropter quidam rubellas appellauere uineas.

Rubellum: uinum subrubeum. Mar. Et uelentani bibit sæx crassa rubelli.

Rubrum mare dicitur. quia aquas rubere credebant. Quidam a solis repercussu existimarunt talem tedi colorem. Alii ab arena terraq;. Quod latini rubrum mare nuncupant. græci erythreum uocant. Erythros enim rubrum latine dicitur. Curtius ab erythra rege inditum esse nomen existimat.

Rubrica penultima ꝓducta. terra rubei coloris & minio proxima. Col. libro tertio. Omnes arbusculas priusquam transferas rubrica notare conuenit. ut cũ serentur easdem cœli partes aspiciant. quas etiam in seminanis conspexerant. Hac legum tituli & capita notabantur. Persius. Præsertim si quid maiuri rubrica notauit. Hinc rubricatus. cata. catum. quod est rubrica intinctum. Hieronymus in exo. Pelles a rietum rubricatas.

Rubriceta: uulgo rosetum dicitur. Plau. in tru. Mala buccas rubriceta omne corpus iutinxit tibi.

Rubigo: quæ in metallis firu quodam contrahitur a rida & rubra metallum paulatim absumens qualem in ferro uidemus. Dicta a colore. Nam ueteres rotbum rubeum dicebant. æruginem uero proprie fit in ære sicut særuginem in ferro. & contrahitur ex humore non rusa & sicca qualem diximus rubiginem esse sed uinidis atq; humida. Inde fit rubiginosus. a. um. uide supra in dictione robigo.

Rubicon penultima correpta. fluuius qui disterminat italiam a gallia citeriore: quem Ply. in octaua regione italiæ collocat. Suet. in cæsar. Consecutusq; cohortes ad rubiconem flumen qui prouinciæ eius finis erat paulũ constitit.

Ructus est proprie digestio cibi & cõcoctarum escarũ inuentum efflatio. Plau. in pseu. Partum ructare mos suauis mihi ructus est.

Ructuo. as. uide in dictione eructo.

Ructo. ctas. a quo ructito frequentatiuum. Vide in dictione eructo.

Rudiæ. diarũ. Vrbs salentinorum. Syrius. Miserunt calabri rudiæ gennere uetustæ.

Rudis. fœminini generis uirga qua gladiatores sexagenarios ab eo munere prætor eximebat: quos cũ probi fuissent qui multa reportassent lemuscata. Tiberius ad maiorem ludorum suorum magnificẽtiam reuocatos centenis nũmum milibus donauit. Ci. in. z. phil. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti. Rudibus autez solitos pugnare gladiatores testis est Lampridius. qui ait. Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatonos depugnasse. Quoniam uero hi gladiatores dum liberta te donabantur. ne gladiaturam amplius exercerent

uirga donari solebant. factum est ut pro libertate & pro fine rudis aliquando ponatur. Iuue. Ergo sibi dabit ipse rudem. Aliquando ponitur pro rutabulo siue impolita uirga. Plynius libro. xxxiiii. Vritur i planinis per laminas minutas cum sulphure uersatum rudibus ferreis aut ferrulaceis. Rudis uero adiectiuum idem est qđ recens impolitus imperfectus durus. Transfertur inde ad animum. rudesq; illi dicuntur qui adhuc animum non expoliuere discipli nis & doctrina: rerumq; usu. Terẽ. in phor. Adeon te esse ingenio tudi & inexorabili. Plynius libro. primo. Sedere cœpit sententia hæc pariterq; & e/ ruditum uulgus & rude in eam cursu uadit.

Rudicula diminutiuu; parua uirga impolita ad multa utilis. Cato. Igni bene coquito: rudicula agitato crebro usq; adeo dum fiat tam crassum quam mel. Plynius libro. xx. Non est opus in hoc usu lanas rudiculis esse curatas. Item rudicula. ut Col. inquit est organum erectæ tribulæ simile.

Rudiarii dicti sunt qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ donati rude. Suet. in Tiberio. Rudiariis quoq; quibusdam reuocatis auctoramento centum milium dedit. Item rudiarii dicuntur qui saga ruuida & noua poliunt. Item qui ruderarium cribrum facit & rudiora linteamina rudiarius dicitur

Ruditas: imperina & obtusitas ingenii.

Rudio. is. rudiui & rudi. ruditum rudem doceo. Vnde erudio quod est perfecte quæ rudes scire oportet doceo.

Rudimentum principium siue prima disciplina quæ rudibus committitur.

Rudo. dis. rudi. proprie ad asinos pertinet. Nam rudere asini dicuntur cum uocem emittunt. Persius. Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas. Abusiue & de leonibus & de hominibus dicitur. Virgilius. Sera sub nocte rudentum. Et alibi. Inclusumq; cano saxo atq; insueta rudentem. Vbi sciendum apd Virg. ru. syllaba breuis est. cum apud Persium producatur. Findor ut arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Rudens a rudo. dis. participium est. Quandoq; nomẽ sũm tam masculini quam fœminei generis est. & significat funem nauticum. quoniã cũ funes uento agitantur. rudere uidentur. Tam & si primæ syllabæ quantitatis non seruetur. Virgilius. Insequitur clamorq; uirum stridorq; rudentum: Catul. Candidaq; in torti sustolant tuela rudentes.

Rudus. eris. duplex est. nouum scilicet & uetus. Nouum rudus est materia pauimenti. hoc est saxa de nouo contusa. seu testæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Vitr. libro. septimo. Dein de ruden nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. calcisq; duæ partes ad qnq; mortarii misti omnibus præstent responsum. Vetus rudus est materia ueterum pauimentorum & diruptorum ædificiorũ quæ lapidibus & testis confractis calceq; arena cõmista constat. Plynius. Complanatæ ueteri rudere erant uiæ: Item rudus dicitur stercus quod raditur Et rudus siue randus & ruduſculus a ueteribus dicebatur æs. res rudis aspera & impolita. Vnde Festus rũduſculana porta rõe dicta. q; rudis & ipolita sit.

Ruderari est rudus inducere. Vitr. Ne minori saxo quam quod possit manus implere stuminationibus inductis ruderetur. Vnde ruderatus ager. dicitur q ueterum ædificiorum materia scatet. Plynius libro xxi. Rosam siccis locis quam humidis odoratiorẽ constat nasci ferendam nec pinguibus nec argillosis locis: contentamq; raris: proprieq; ruderatum agrum amare. Eruderari uero est rudus eicere.

Rudetum. plenum rudere: siue terra quæ prius rudis fuerat & inculta tum autem arata. Cato. Lento in rudeto & rubricoso qui herbosus non siet serito.

Ruderarium cribrum uilius & furfurarium. Apul. dixit econtrario liberale pani ganeationi conficiundo per quã accommodum polinarium dicunt. Plauto cæteris. Hoc polinem. hoc est florem farinæ transmittit. eo sigilinarii utuntur & poliutores. Qui ruderarium cribrum facit & rudiora linteamina rudiarius uocatur.

Rufus color non plene ruber. Mar. Roma magis fuscis uestitur gallia rufis. Est & rufus nomen uiri p prium a quo per diminutionem fit rufinus.

Ruſo. rufas. rufum facio. Plynius. Eadem rufat capillum.

Rufeo. es. a quo Rufesco. rufus fio. Plynius. Grues senectute nigrescunt. Merula ex nigra rufescit.

Rufuli appellati sunt tribuni militum non a populo sed a consule facti. quod de eorum iure. Rutilius rufus legem tulerit. Hi postea mutatione unius litteræ rutuli sunt appellati.

Ruga non soluz in corporibus dici solet quæ fit præsenectute: sed etiam in uestibus uulgo falda. Plynius libro. xxxv. Præterq; in ueste rugas & sinus in uenit. Ruga exterior est: sinus interior. Ci. in Cato. Non cani non rugæ repente auctoritatem aripere possunt.

Rugo. as. rugas contraho. Plau. in cas. Vide pallio/ lum ut nigat. Huic contrarium est. Erugo penultia correpta Plynius libro uigesimoprimo. Furfures i facie emendant & erugant corpora.

Rugo. is. xi. ctum. ructum emitto. Cuius compositũ est. Erugo. a quibus ructo. & eructo frequentatiua. Et ructito. & ructuo. De quibus in eructo.

Rugio. is. rugiui. & rugii. Vnde rugitus qui proprie leonis est. cum uocem emittit. Hieronymus i elua. Leo rugiet quis non timebit. Hinc compositum. Irrugio. is.

Rulla. Instrumentum ferreum stimulo rusticorum additum ad uomerem detergendum. Plynius. Purget uomerem subinde stimulus cuspidatus rulla. Est autem diminutiuum a runa qđ est teli genus. Enn. Runata recedit. ideſt runis præliata. Habet autem hoc telum latiorem cuspidem.

Ruma a ueteribus dicebatur mamma. Et ruma gutturis pars eminens. Ser. Ruminatio dicta est a Ruma eminente gutturis parte per quam demissus cibus a certis reuocatur animalibus.

Rumo. as. lacto. quasi mammam immito. A quo irrumo. & subrumari agni dicuntur qui ad mãmam admouentur.

Rumia dicta est Dea. quæ rumis ideſt mãmis. hoc ẽ

est pueris lactentibus præsidebat. Huius meminit Augustinus libro quarto ci. dei. Var. Non negarim in quam ideo apud dinæ rumiæ sacellū a pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro uino. & pro lactentibus.

Rumen. Eminens sub mento gutturis pars qua cibus in aluum demittitur. Inde fit Rumino. as. Est & rumen mamma. Plynius libro. xv. Quoniam sub ea iuenta est lupa infantibus præbens rumen. ita enim uocabant mammam. Nonius docet rumen esse locum in uentre quo sumitur cibus & unda redditur. Pompo. Ego rumorem paruifacio dum sit rumen qui implcam.

Rumino. as. penultima correpta. & Ruminor deponens. significat reuomo. ac rursus consumo. quasi cibum ad rumen reuoco. iterumq; conficio Col. li. septimo. Propterq; quæ bos neq; ruminat: neq; ligua se deterget. Per translationem ponitur pro in memoria reuoco. Var. non modo absens de te sæpius cogitabit sed ruminabitur humani tatem tuã.

Ruminalis ficus. sub qua lupa romulo & remo dicit mãmam præbuisse: quæ & romula uocitata est. Ouid. Romula nunc ficus. romula ficus erat. siue q sub ea pecudes ætatis tempore frigora captantes hærbas ruminare consuerunt.

Rumis: mãma. Varo. Antiquo uocabulo mamma rumis.

Rumentum abruptio.

Rumex. lapathi syluestris genus cuius succus impositus scabiei statim illam purgat. Virgilius in moreto. Fœcundusq; rumex maluæ uiolæq; uirebant. & rumex genus teli simile spari gallici. Lucil. Tuz spara. tum rumices portantur tragula porro.

Rumor: fama in populo sine certo auctore in bonã uel in malã partem de recenti dispersus re. Ci. in phil. Improbissimis rumoribus dissipatis. Teren. in an. meum gnatum rumor est amare. Aliquando ponitur pro fauore Virgilius. Ergo iter inceptum peragũt rumore secundo.

Rumusculus diminutiuũ parui rumor.

Rumifero. as. rumorem fero. quod & rumigero. as dicitur. Plan. in am. Thebani uero rumiferant pbãt.

Rumigerulus penultima correpta. qui rumorẽ gerit.

Rumpo. pis. rupi. ruptum. frango. Virgilius libro decimo. Rumpimus inuite tua uincula. Rupisse eum utiq; accipiemus. qui uulnerauerit: uel uirgis aut loris pugnisue ceciderit: uel telo: uel quo alio ut sciret alicui corpus uel tumorem fecerit. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Teren. in ecy. Vt me ambulando rumperet. Interdum pro dissicere. Virgilius. Frigidus in campis cantando rumpitur anguis. Rumpere silentium: & rumpere uocem est loqui: seu diu tacita proferre. Virgilius. Quid me alta silentia cogis rumpere. Hieronymus ad Iulianũ Longum ad te silentium rumpo: offerens tibi nudã officii uoluntatez. Rumpere moras est auferre. Virgilius libro tertio Ge. En age segnis rumpe moras. Huius uerbi composita sunt. Abrumpo. Corrumpo. dirumpo. erumpo. irrumpo. interrumpo. prumpo. & prorumpo.

Runcinæ penultima producta. apud Plynium sũt maiores ferræ. quibus fabri materiarii secant arborum moles subiectis canteriis. Hieronymus in Esaia. artifex lignarius extendit normam & formauit illud in rũcinam. Canterii sunt qui a rusticis fere dicũtur caballi. qua ipsos æquos canterios uocamus. Sed & runcinos agreste uulgus dicit minores equos ex hac fortasse runcinarum origine. Runcina etiaz rũpia ferrea & ligo ad dumeta excindenda. Plau. de runcinare usurpat pro dissecare dissipareq;. & runcando excidere & munditer excolere. Præterea runcina putabatur dea. quæ tuncationi præesset. Augustinus libro quarto ci. dei. Cum runcantur ideſt a terra auferuntur deam rũcinã præfecerũt.

Runco. as: eruo. euello. Cornutus. runcari proprie segetes uel hærbæ dicãtur. Col. libro secundo. Frequẽtem tamen exigunt sarritionem & runcationem. ut hærbis liberentur. Hinc componitur. Eruncо quasi extra runco. a quo aberuncо de quo supra.

Ruo. is. rui. rutum. & ruituri. Ruere proprie est concidere. Virgilius. Ruit alto a culmine troia. Per trãslationem quandoq; ponitur pro effundi. Idem libro. vi. Vnde ruunt totidem uoces responsa sibyllæ. Quandoq; pro decipi Ci. libro tertio offi. Sed hoc non est emptorem pati ruere. & per errorem in maximam fraudem incurrere. Quandoq; pro euertere. diruere complanare. Et sic habet accusatiuum. cum alibi absolutum sit. Virgilius libro primo Ge. qd dicam iacto qui semine comminus arua. insequitur cumulosq; ruit male pinguis arenæ. Quandoq; p festinanter ire: seu in ꝓceps ferri: & sine cautela in aliquem impetum facere. Idem libro decimo. Quo moriturẽ ruis? maioraq; uiribus audes. Quandoq; pro impellere. Teren. in adel. Cæteros ruerem. agerem. raperem. tunderem. prosternerem. Quandoq; pro eruere eleuare. Plynius. Herbas ruentibus: litiñq; tedunca ut suum generi. Virgilius lib. xi. Consuẽbant ossa focis. Quandoq; percrepare. Virg. Ruet arduus æther ideſt tonitru percrepat. Sic ruina ꝓ tonitru ut Cœliq; ruina. Huius composita sũt Adruo. coruo. simul ruo. siue deorsum me totum deiicio. Liui. li. i. Duo romani super alium, alij uulnerati tribus albanis expirantes corruerunt. Hieronymus in paulo. Tum uero Antonius pro foribus corruens usq; ad sextam uel eo amplius horam aditum precabatur. Diruo uarie uso. Teren. in adel. Hanc in horto maceriem iube dirui. Liui. li. i. Iam fragor tectorum quæ diruebantur ultimis urbis partibus audiebatur. Eruo. irruo. obruo. & subruo. Sciendum est quod ruo cum sit neutrum inuenitur habere significationem actiuam. Virgilius. Et ruit aram ad cœlum picea crassus caligine nubem. ex quo etiam eruo diruo. & obruo actiua sunt. Et omnia habent penul. supini cor.

Ruina: casus excidiumq; dicitur. Nam ut inquit hieronymus. Ruina est cum parietes domorum diruunt. Hinc Rũinosus. a. sum. quod est ruinis plenus hoc est casurum. Augustinus libro primo com. Augusta est domus animæ meæ quo uenias ad eaz dilatetur abste. Ruinosa est refice eã. & ruia ꝓ tonitru

Rupes: sunt præruptæ partes terræ propter altitudinē ac declinitatem in accessu q̄ ueluti abruptæ sint. a rumpendo dictæ: quales sunt quæ in torrentibus fluminū. Vnde fluuiorum quoq; altiores atq; inaccessæ ripæ rupes dicuntur. Nam ripæ planæ sunt. quas Vlp. diffinit esse quæ flumen continent naturalem cursus sui rigorem continens. rupes proprie de montibus dicuntur.

Rursus & rursum. aduerbium significat retro uersum. Ter. in eun. Tace trepidari sentio & cursari rursum prosus. Do. Rursum proprie retro ante significat. sicut dicimus sursum: deorsum. intro foras. hac illac Quandoq; ponitur rursus p̄ contrario. Virgilius Haud rursum enodes trunci resecant.

Rus: locus extra urbem ubi agri sunt & uillæ. dictus q̄ in agris quotquot annis rursus eadem fiant idest colantur: ut rursus capiatur fructus.

Ruralis & hoc rurale q̄d ad rus pertinet. Amb. li. de paradiso. Et quanuis paradisus operibus ruralibus non egeret. tamen in padiso spetiem laboris susceperit. ruralibus autem diis mercurio: paniq; sacrificabant placentas: & uinū. ut leonides in epigrāmatis. αὔλιε Πὰν συμφώνων ἱερὸς πάρος ἆσθ' ὑπὸ πίλῃ πίδακες, νῦν δ' ὕλασιν γαστορίουσα πίτυς· νῦν σὺ τελέσλυχνα μολοσσὸς μηλοσκὸς λοιμὰ δόσ' ἐς τὸν ἀριδόντιον πάντα λέγειν σιόπιλον ἴλαος τὰ φίλα δ' ἐπὶ σοὶ πόρος ἄμπλακον οἷνος ἀέξας· ἀλκυόνι δ' ἀλίῃ λῶα νέο πολέμου.

Rurestris & hoc rurestre. quod est ruris. Apul. Rurestri uocabulo uulgus idoctū rosas laureas appellat

Ruro. as. secundum rus sicio. Plau. in cap. Dum uri rurant homines. dicit & ruror deponens. Var. Dū in agro studiosius ruror triptolemū sculpon eatum bigas sequi comutas.

Rusticor ruri dego Ply. Cum simul æstate rusticamur. Ci. Tironi. Liceat modo rusticari.

Rusticus. a. um. pe. cor. idem quod rurestris: ut dom⁹ rustica. Quandoq; rusticus dicit moribus & uita inculti: quasi semibarbarus. Vnde ueteres rustice p barbare usurpabant. Est etiam rusticus nomen uiri proprium.

Rustica: auis pdici similis nisi q̄ rostrum longius habet. Mar. Rustica sum pdix q̄d refert si sapor idem. carior est pdix. sic sapit illa magis.

Rusticanus. a. um. idem q̄d rusticus. Amb. Cultu rusticani laboris acquiritur.

Rusticarius. a. um. q̄d ad rus ptinet. Vnde falces rusticarias dicimus. Vide in dictione syluaticus.

Rusticatim aduerbium p̄ rustice. Pompo. Ego rusticatim tangam. urbanatim nescio.

Rusticitas urbanitati contraria est. Est autem urbanitas qua significamus proprium quēdam gestū urbis. & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. ponit quandoq; p̄ inepta & timida uerecundia. Ouid. Et si rusticitas non uetat ipsa rogat. Ci. deterruit me pudor quidam subrusticus.

Ruscum: Ser. Ruscum nirgultum est unde uites ligāt quidam accipiunt p̄ frutice ex quo nunc scopæ fiunt. qui folia habet myrto similia sed acutiora & rigidiora. Virg. li. 2. Ge. Necnon & aspera rusciuimina p̄ syluam. Alii p̄ theca in qua includitur semen asparagi. Col. Et scyla thyrsuto sæpe nunc horrida rusco.

Ruspor. aris. sæpe seu diligenter scrutor. Actius. Vacantes ruspan & syluas. Proprie uero ruspari dicūtur gallinæ hoc est scalpe: Hinc componitur. Corruspor. pro conquiro Plautus. Corruspare tua consilia in pectore.

Ruta herba a ruendo. i. eruendo dicta. q̄ una ex oīb⁹ herbis pp multiplices eius usus maxime eruat Peculiaris est illi auctoritas pp uenena quib⁹ remedium exhibet pūtaneum. Vnde & mustellæ contra serpentes dimicaturæ ruta se muniunt. Hinc. Ruteus. a. um. & Rutatus. a. um. q̄d ex ruta materiati est. Ply. inuenio mustū rutatū populo datum.

Ruto. as. frequentatiuum est uerbi ruo. is.

Rutabulū proprie instrumentum. quo rustici utunt in ruendo igne panis coquēdi gratia. Festus auctor Hodieq; id nomen custodit apud nos.

Rutrum quo quid eruitur. a ruendo. Nam sicut aratū antrum. sic rutum rutrum facit. Idem Festus. Rutrum inquit tenentis inuenis effigies in capitolio ephebi fuit more græcorum arenā eruentis exercitationis gratia. q̄d signum deportauit ex bithynnia romā pompeius bithynnicus.

Rutilo. as. pe. cor. splendeo. Vnde dicimus autū rutilare. Rutilū aūt rufū q̄d habet aliquid nigrioris. cuius coloris studiosæ mulieres rutilæ dictæ sunt. Et uestes rutilæ. quæ & hyacithinæ. & bisginæ ab bisge herba uocantur. Hinc componitur. Irrutilo q̄d est ualde rutilo. Amb. li. hexa. Irrutiles igitur licet o homo: aut splendore nobilitatis. aut fastigio potestatis: aut fulgore uirtutis semp tibi spina p̄xia ē.

Rutuli pe. cor. populi italici non longe ab urbe roma ubi ardea oppidum est.

Rutupinum pe. prod. promontorium britanniæ. Luc. libro sexto. Aut uaga cum thetis rutupinaue littora seruent: unde caledonios nescit turbata britannos.

Rutheni populi galliæ non longe ab auerna & santonibus.

Littera semiuocalis quæ si antecedat.ni.uel.p.ul t.in simplicibus dictionibus:cuiusdē est syllabæ ut Cosmus.Prosp.tellis in cōpositis uero aliud ē Nā Aruspex teste Quintiliano.quia pars eius posterior a spectando ē tertiæ dabimus.Abstemius uero quia ex abstinentia temeti cōposita uox primæ relinquet.Transit quādoq.s.in.n.ut rursum p rursus diminuo.p dis minuo.In n ut sanguis sāguinis.in.r.ut flos.floris.

Saba.ciuitas regia æthiopiæ inquit Iosephus.quam postea Cambyses a sororis suæ noie Meroen denominauit.Hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat.Dicta saba ἀπὸ τοῦ σέβειν. quod est sacrificare.quia thus mittit quo i sacrificiis utuntur Sunt qui dicant saba arabum lingua mysterium significari.Hiero.uero conuersionem sonat autumat. Hinc sabæus.a.um.

Sabæi populi felicis Arabiæ dictissimi syluarum fertilitate odorifera.Hos Iosephus libro primo a saba Cusi filio qui a Cham ortus fuit dictos affirmat.

Sabath:nomen ppriū a quo sabatheni nominātur qui a græcis ysabari dīr ut Iosephus inqt.

Sabate.lacus ē.unde fit sabatinus sabatina sabatinū. Columella libro nono. Inde uelinus. inde etiam sabatinus.item Volsinensis & Ciminus lupos:auratasq procreauerūt.

Sabbatum hebraica lingua dies quietis dicitur.Et sabath græce:latine quies. Et eli septimi dies quo te quieuit deus ab operibus suis . Prima sabbati.dicit primus dies quem dominicum etiam nominamus Secunda sabbati.secundus dies.Tertia sabbati.tertius dies.Quarta sabbati.q̄rti dies.Quinta sabbati quintus dies.Sexta sabbati.sextus dies.a die dominico.Et ipsum sabbatum.septimus dies.Quod etiā nomen ab hebræis sicut Iosephus refert septimana dicitur.Hanc ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant:ut secunda sabbati a Luna sit. Tertia a Marte.Quarta a Mercurio. Quinta a Ioue.Sexta a Venere.

Sabbatizare est sabbatum obseruare. Hiero. in Leuitico. Quando fuetitis in terra hostili:sabbatizabit. & requiescet in sabbatis solitudinis suæ.

Sabbatarius.qui diem sabbati seruat. Vnde illud ieiunia sabbatariorē.

Sabbatismus.uocatio facta post labores.

Sabæ.Syrorum lingua mensis februarius dī.

Sabaoth:numeri pluralis & generis fœminini interpretatur militiæ uel exercituū siue uirtutū. Vnde dīs sabaoth inquit Hiero.

Sabulum. arena grossior. Hinc sabulosus. sabulosa: sabulosum.Columella libro quito de Cassanea Pullam terram & resolutam desyderat:sabulonem humidum:uel refractum tophum non respuit.

Sablo.sablonis.idem quod sabulum. Ambro.libro hexa. Infimissimo ita omnium nilis sablonis puluere uis matis intempestas cohibetur: & uelut habenis quibusdam cœlestis imperi præscripto sibi fine reuocatur:nioleniq æquoris motus in se se frangit:atq in teductus fines suos scinditur.

Saburra licet secundum Priscianum gemino . bb . scribatur.apud Virgilium tamen eius prima corripitur.ut Cimbæ instabiles fluctu iactante saburra tollunt.Est autem saburra proprie nauium.ex qua cūq materia:sed sabulum fere significat quo naues onerari solent usq ad certam mensuram quo stabiliores sint.

Saburrare siue Suburrare.ē satagere in sabulo ac mersare:ut puluerat i puluet.Ply.li.xviii.Echinni affligētes sese aut arena saburrantes tempestatis signa sunt Solinus.Grues uolaturæ arenas deuorāt:sublatisq lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.Nā Saburra urbis regio & Suburrana tribus quam ueteres per c.nō p b.scribebāt.Hoc est succitram.nō suburram:quia ut Verius Flaccus ait a pago succusano dicerēt:uel a statiuo p̄sidio qđ solitum sit esq iis succutere Gabiniis insestantibus.

Sabini.populi sunt in quarta Italiæ regione.non procul a Roma:a religione & cultu deorum cognominati.quasi Sebini ἀπὸ τοῦ σέβειν Syrius uero a Sabo auctore gentis sabinos dici putat . qui libro octauo ait.Ductorem gentis pars laudes ore ferebant Sabe tuas qui de patrio cognomine primus dixisti populos magna dicione sabinos. Hos Plynius apeninis iugis uallatos utrinq scribit.Stra.sabinos ait augustum incolere agrum in longitudmē protensum a Tyberi usq nomentum oppidū stadmille usq ad ueiinos.

Sabellus.sabella.sabellum.deriuatum nomen a Sabinus.Sunt autem sabelli populi a sabinis orti qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marsos De his Virgilius libro secundo Geo.Hæc gēs acre uirum marsos pubēq sabellam.

Sacarū regio ut Ptol.inquit ē i asia ultra mare caspiū Sogdianis cōtermina:in qua nec urbes:nec uicos esse tetiat:sed in colle eius regionis nemora & specus habitant sagittandi arte peritissimi . Qui olim bactrianam prouinciam occupauere & optimā armeniæ regionē adepti sunt:ut li.xi. Stra.refert atq usq ad cappadocas processerunt. Sed cum ex ipsis festa celebrarent persæ imperatores eos noctu adorti funditus deleuere. Hos quidam sacassanos uocant.

Sacassani.Vide in dictione.Sacæ.

Saccharum.penultima correpta dicitur mel in harundinibus collectum gūmi modo candidū ac fragile. Nascit in Arabia: India.Creta: Italia & sicilia.Vnde Oxysaccharon potionis genus ex saccharo & aceto.

Sacondion genus gemmæ coloris hyacinthini.

Sacrum nomen substantiuū di omne qđ deorum habetur. Vñ Virg.quotiens sacrum nominat additionem fere deoꝝ facit.Sacra dioneæ matri diuiq se

rebam. Idem. Sacra Iouis stygio quæ recte incep/
pta parabam. Ponitur enim pro sacrificio. Macro.
in satur. Sacra celebritas est cum sacrificiis offerun/
tur: uel cum dies diuinis celebrantur epulationi/
bus: uel cum ludi in honorem aguntur deorum. uel
cum feriæ obseruantur. Item sacrum dicitur tem/
plũ. Paul. Sũt aũt sacrilegi q̃ publica sacra compi/
larint. At q̃ priuata sacra uel ædiculas incustoditas
tentauerint: ampliũ q̃ fures: minus q̃ sacrilegi me/
rentur. Et sacrũ dici t magicum quoddã ad compe/
scendas detrahentium linguas. Ouid. li. ii. fas. Ecce
anus in mediis residens annosa puellis: sacra facit
facite: nec tamen ipsa tacet.

Sacer. a. um. idem qd̃ uenerabile. Virg. Extulit os sa
crum cœlo. Capitur nõnũq̃ p execrando scelesto:
ut Idem. Quid non mortalia pectora cogis auri sa
cra fames? Et antiquitus homo sacer dicebat quem
populus ob maleficium iudicasset: neq; fas erat eũ
moliri. Et si quis eum occidisset parricidii nõ dam
nabatur: ex quo omnis homo malus atq; improb⁹
sacer appellari solet. Hor. Intestabilis & sacer esto.
Sacer locus. locus consecratus.

Sacer mons. trans Anienem fluuiũ ultra tertiũ millia
rium appellatur: qui Ioui fuerat cõsecrat⁹. Vel mõs
in finibus Galatiæ augẽs serens.

Sacer ignis. morbus cuius multa sunt genera: q̃ apud
Plynium habent. Col. li viii. Est etiam insanabilis
sacer ignis quam pusulam uocant pastores. Ea nisi
compescit intra primã pecudem quæ tali malo cor
repta est uniuersum gregẽ contagione pternit. Sic
quidem nec medicamentoꝝ nec ferri remedia patit
Nam pene ad omnem tactũ excandescit.

Sacer morbus appellatur Comitialis: q̃ Hercules eũ
passus fuerit ex græcis nũc gallicũ dubito.

Sacra uia in urbe Roma uocitata est: q̃ in ea fœdus
ictum sit inter Romulum & Tacium. Hac trium/
phantes in capitolium ibant. Tendebat autem a re
gia usq; in arcem. Hanc Hor. li. car. sacrum oluum
nũcupauit.

Sacra certamĩa græciæ quattuor a Tacito ludicra uo
cant. In his morem fuisse. ut patres & patriæ uincẽ
tium p̃conis uoce nominarent.

Sacrũ promontoriũ. qd̃ nunc appellant caput sancti
Vincentii.

Sacro. as. deo dedico: & sacrum facio. Aug. li. ii. ciui.
dei. Quæ romani numina partim peregina recepe/
runt: partim sua propria sacrauerũt. Ply. lib. xxxvi.
Eiusdem tenanet & alius centum cubitoniꝝ quem
post cæcitatem uisu reddito ex oraculo soli sacrauit
Huis composita sunt consecro eiusdem significati.
Desecro. ex sacro prophanũ facio: & qd̃ uulgo dici
tur Degrado. Plan. Desecrare eum prius oportet ne
manus contaminẽ. Obsecro. Resecro. religione ab/
soluo. Plau. Resecro mater qd dudum obsecrauerã.
Prosecro. diu sacrificiũ facio. Lact. li. iiii. Quod cuꝝ
intelligerent haruspices instigantibus hisdem dæ/
moniis quibus cõsecrant conquerẽtes p̃phanos ho
mines sacris interesse adegerũt principes suos in fu
rorem. Et hæc oia habẽt pe. cor.

Sacellũ diminutiuum. a sacrũ & significat locũ paruũ
deo sacratũ cũ ara. Trebatius iureconsul. scribit sa/
cellũ compositũ uerbũ. quasi sacra cella.

Sacrariũ: locus sacer in templo & in quo sacra repo/
nunt. Vnde a Cicerone Sacrariũ bonæ dex noſat.
Seneca li. v. quæstionũ. Arcana illa rex naturæ sa/
cra non promiscue & oibus patent reducta & in inte
riori sunt clausa sacrario. Aegesippus li. v. scribit sa
crariũ templi hierosolymoꝝ fuisse p̃phanatũ a gen
tibus quo solus semel in anno princeps sacerdotuꝝ
solebat intrare non sine sanguine. Quid interfit
inter sacrum locum & sacratium. ostendit Vlp. in/
quiens. Sacer locus est consecratus. sacrariũ in quo
sacra reponuntur. Sue. tamen de Aug. non tam pro
sacroꝝ repositorio q̃ p sacello loco q̃ sacrato sum
psit. Natus est inquit Augustus ad capita bubula
ubi nũc sacrariũ habet aliquanto post q̃ excessi con
stitutum.

Sacratæ leges: quib⁹ sanctũ erat ut si quis aduersus
eas fecisset: sacer alicui deoꝝ cũ familia pecuniaq̃
esset.

Sacres porci appellabant. qñ puri essent ad sacrifi/
ciũ ut immolarent. cũ depulsi sunt a mamma. qui a
partu decimo die habẽt puri: & ab eo appellant ab
antiquis sacres: q̃ tũ ad sacrificia idonei primũ dñr
Plau. i Mæne. Quanti hic porci sunt sacres?

Sacramentum dicitur quod iusiurandi sacratione in/
terposita geritur. Et sacramentum quo milites scri/
bendi a sacerdotibus adigebantur: nec prius milita/
re: aut post q̃ eo absoluti essent in hostem pugnare
poterant. Varro de lingua latina. Sacramentum a
sacro qui petebat & qui inficiebatur uterq; quingẽ/
ta æris ad pontificem deponebat. De aliis item re/
bus alio certo numero qui iudicio uicerat suum sa/
cramentum a sacro auferebat: uicti ad ærarium redi
bant. Ex quibus uerbis constat q̃ sacramẽtum alia
q̃ dei inuocationis quæ per iusiurandum fit obliga.
tio rerum erat. Seruius de sacramẽto militari sic scri
bit. Legitima militia erat eorum qui singuli iurabãt
pro repub. se esse facturos nec discedebant nisi com
pletis stipendiis & sacramentum uocabatur. Vege.
de re militari. libro secundo. Milites iurare solent.
Et ideo militiæ sacramenta dicuntur. Iurant enim
se omnia strenue facturos quæ præceperit impera/
tor: nunq̃ deserturos militiam pro romana repub..
Hinc milites a Iuue. sacramenta dicuntur illo uersu
Præmia nũc alia atq; emolumenta notemus sacra
mentoꝝ. Sue. in Cæsa. Sanxit ne quis ciuis maior
uiginti annis. minorue decem. qui sacramento non
teneretur plus triẽnio continuo italia abesset.

Secro sanctum dicebatur quod iure iurando interpo
sito erat institutum: ut qui uiolasset: morte pœnas
penderet.

Sacrifico. sacrificas sacrum facio. Interdum ueniam
peto. Lito uero ueniam impetro. Plautus. in Pe.
Si hercle istuc unq̃ factum est. tũ me Iupiter faciat
ut semper sacrificem: neq; unq̃ litem. Confundunt
tamen quandoq;.

Sacrificiculus. rex sacrorum.

Sacrilegus. penul. cor. qui sacra aut de loco sacro le/
git. i. furatur. Nam legere quandoq; furari significat.

Et ſacrilegium ipſum ſacrorũ furtũ.

Sacriſcrinius. dictio cõpoſita ex recto & obliquo. Sacræ. n. dirę ępiales. & is dicit ſqui ęſt regalibus epłis: uel cuſtos librorę. Qui etiam a commẽtatiis dicitur.

Sacerdos q deo dicatus eſt ad ſacrificia faciẽda a ſacris dictus. Apud Romanos uaria erant ſacerdotũ gña. Flamines: Diales: Martiales: Quirinales: ſalii: pontifices minores: pontifices maximi reges ſacrorum ſacrificuli: & galli qui Cybeles ſacra faciebant.

Sacerdotium mõ ſacerdotis dignitatem ſignificat: ut eſt illud. Fungi ſacerdotio. Mõ ſacerdotis prouentũ. Nam apud gentiles ea ſacerdotia fuerunt: qualia nos chriſtiani ꝓpriori uocabulo beneficia appellamus. Vnde Liui. li. ix. Gens potitia cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotiũ erat. Sacerdotiorũ aũt ſicut & beneficiorę duo fuerũt gña. Vnũ qd ſactis eſſet addictũ locis: q reip. aut principũ: aut pontifi cum collegii collationis eſſent. Alterę qd ædis aut ſacelli iuris eſſet a patrefamilias ea ratione erecti dedicatiq: ut & ſacrorę cura & fructuũ ipſius ſacerdotii ꝑceptio ad ſolam gẽtẽ familiãq; ſuã ꝑpetuis ſucceſſionib⁹ deuoluerẽt. Quæ ſacerdotia priſcis gentilicia beneficia: a noſtris iuris patronatus appellata ſunt. Cor. Tacitus. de Othone. At recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis ſacerdotiis in ſolatium repoſuit.

Sacerani dicti fuerũt treate orti qui ex ſeptimontio ligures ſiculoſq; eiecerunt. Sic appellati q iure ſacro nati fuiſſent.

Sacconia: æ. quidã pro territoria accipiũt ſeu pro paniculo terſorio. Victr. li. ix. Auę ad ſacconiaz appendit redemptoris opus manu factũ ſubtiliter regi approbauit. Nam ſacconia. hoc eſt tela tegebant ut poſſet inhærere pictura.

Saccus. culeus eſt: ut illud in Iona. Oẽs iduti ſunt ſaccis. Dictus ut quidam uolũt a ſago qd eſt gen⁹ ueſtis æqualiter latæ ex pte ſuperiore & inferiore. Hic Sacculus & ſaccellus diminutiua quibus ſignificantur marſupia. Aſco. Sacci ſacculi & ſaccelli. Saccus frumẽtarius: quo frumentũ geritꝰ. Saccus uinarius: quo uini fæces colantur.

Saccaria. æ. ſaccorę mercatura. Apul. li. i. de aſi. Saccatiam faciens merebam.

Saccellare eſt uinũ ſaccis ꝓfuſum corrigere.

Sæculũ a ſæquẽdo ſe. eo q ſequa ſatq; in ſe reuoluat Var. a ſene desinat quia rẽ productiſſimã deſignabat. placuit antiquis ſignificationis cauſa primã ſyllabam ꝓducere & per diph. ſcribere. Eſt aũt ꝓprie ſæculum ſpatiũ centũ annorę. Vnde carmen ſæculare Horati dꝭ in quo tractat de ſacrificiis quæ fiebant de centeſimo in cẽteſimũ annũ. Hoc oſtendit Liui. li. ab urbe condita: quia dicit Pompiliũ ante Pythagoram ducentis ferme annis fuiſſe. Vnde Ci. Ex quo etiam quidam Numampõpiliũ regẽ noſtrę fuiſſe pythagoreũ ferũt qui annis ꝓmultis ante fuit q ipſe Pythagoras. Quo etiã maior uir habendus ẽ illam ſapientiam cõſtituẽdæ ciuitatis duobus ꝓpe ſæculis ante cognouit q eam græci natam eſſe ſenſerũt. Sũt etiã q ſæculũ. xxx. annorę tempus exiſtimẽt: ut curſus ẽ Saturni. Alii mille annos ſæculũ habere putant. Poetæ frequẽter ꝓ tẽpore uſurpant: ſicut in hymnis ſacris canitur.

Sæpe aduerbium ſignificat ſrequenter: recipitq; diph. ut differat a ſepe abltõ nois ſepes. Aliquando ornatus cauſa iungitur numero: & fit una dictio ſæpenumuro: Inuentſæpiſſim⁹ ſuperlatiuũ nomen a ſæpe formatũ. Hiero. ad Enſto. Sæpiſſimo rogatu o uirgo Chriſti Euſtochiũ a me tua depoſcit charitas: ut tibi notũ faciam unde Petri apoſtoli in Klis Auguſti quæ celebrat feſtiuitas initium habuerit. Hinc etiam fit compoſitum Perſæpe.

Sæuus durus. horridus. Virg. Cũ ſæuo e ſcopulo multa uix arte reuulſus. Per tranſlationem. modo ꝓ inimico crudeliq; ponit. Idem. Sæuæ memorem Iunonis ob irã. Quãdoq; ꝓ forti. ut ſæu⁹ ubi æacidæ telo iacet hector. Quandoq; ꝓ irato: ut Et ſæuum ambobus achillem. Quandoq; pro magno. Idẽ de Aenea pio. Maternis ſæuus in armis.

Sæuitia. & ſæuitudo crudelitas. Plau. Vincula uirgæ molæ. ſæuitudo mala fit ꝓior.

Sæuio. is. ſæuiui & ſæui ſæuitũ. Iraſcor. Pacu. Quid cõmeui? Quid in me ſæuis pater? Aliqñ ſæuire eſt fortiter facere. Mar. Belliger inuictis qd Mars ibi ſæuit in armis. Aliqñ inimanitatem exercere. Liui. Cũ poſt uictoriam quoq; in hoſtes ſæuiret Huius compoſita ſunt Deſæuio qd eſt ualde crudelitatem exerceo. Hiero. in ꝓlo. li. ꝓ. Latrantes canes q aduerſus me rabido ore deſæuiunt. Cõſæuio ſimul ſæuio. Aug. li. i. ci. dei. Tanę⁹ itaq; huiꝰ uitæ contemptor regulus conſæuientib⁹ hoſtib⁹ per q̃ſlibet pœnas cam finire q̃ ſe ipſe perimere maluit. Obſæuio. contra ſæuio. Plau. in Epi. Tu is es q per uoluptatem in mea ærũna obſæuiſti grauiter?

Saga. mulier prudens ueſuta. Item perita ſacrorũ & diuina. Vnde prædiuinationes mentis. Ci. li. i. de diui. Neq; enim temere illud uerbũ conſuetudo approbaſſet: ſi ea res nulla eſſet omnino. prædiuinabat animus me ire fruſtra cũ exirem domo Et ſaga dicit mulier ad libidinez uirorę indagatrix. Et habet primam productam. Mar. Exorat noctes dum mihi ſaga tuas. Acron. Saga dicta eſt ueneficа: q ſatis agat. & ea eſt quæ carminib⁹ & herbis mala hominib⁹ dicebat uel arcere uel impellere. Horatius. Quæ ſaga qs eſt ſoluere theſſalis magus uenenis.

Sagax: generis omnis. acutus: ſolers. & habet primã correptam. Vnde & canes indagatores ſagaces appellati ſunt. Hinc ſagacitas ꝓ aſſutia.

Sagio. is. iui. itũ. acute ſentio. Ci. lib. i. de diui. Sagire eſt acute ſentire. Hinc Præſagio qd præſentio & diuino ſignificat.

Sagũ. chlamys militaris quadra. Iuue. An ſaga uxorem denti nubat caupone relicto. Scribit. Ci. in phil. ſaga ſumi ſolere in bello atq; tumultu. Et quando in magis tota ciuitas erat conſulares uiri togati eſſe ſolebant. Suetonius. Ferebatur & uagari noctibus ſolitus atq; in ualidum queſq; obuioꝝ uel potulentuz corripere ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuum eſt Sagulum. Virgilius.

li.viii. Virgatis lucent ſagulis.

Sagatus. qui ſago idutus eſt. Sue. in Cæſa. Duobus triclinijs: uno quo ſagati palliatiue: altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumbebãt. Mar. Vis te purpureum Marce ſagatus amem.

Sagarius. qui uændit ſaga. Sagaria uero eſt exercitiũ uændẽdi ſaga. ſicut ab argento argentaria. Vlp. de tributaria actiõe. Duas negociationes exercebat puer ſagariam & lintearium.

Sagana. pe. cor. uas in quo aliquid teritur. Quo etiã noie dicta fuit meretrix quædam.

Sagena pe. pro. gñs retis piſcatorii σαγήνη latini uerriculum appellãt. Manil. lib. v. Excipitur uaſta circunuallata ſagena.

Sagino. as. pe. p. pingue facio. Col. lib. vii. Ea herba uiridis nec tarde tñ arida ſorni uice ſaginat iumenta uerũ modice danda ne nimio ſanguine ſtrangulent pecora. Interdũ ablẽto iungit cũ res qua qd ſaginat exprimit: ut apud eundẽ. li. ix. Formant offæ quib⁹ auis ſaginatur.

Sagina. æ. pe. p. cibus quo quis pinguis efficit. Quã doq; etiam dr pinguedo ſuperuacua arte nõ natura adaucta p totũ diſperſa corpus. Iuſti. li. xx. Sublatis deinde æmulis inſegnitiam lapſus ſaginam corporis ex nimia luxuria: oculoq; ualitudinẽ contraxit. Et a ſagino deſcendit. Niſi. n. quis prius ſaginatus fuiſſet nõ eſſet in eo ſagina. Iuue. Genialis agatur iſte dies propera ſtomachũ laxare ſaginis

Saginarium: locus ubi ſaginãt altilia. Var. lib. iii. de re ruſ. Pullos anſeres includũt in ſaginario: ibiq; polentam & politẽ aqua madefactam dant cibum ita ut per dies ſaturent.

Saginarius. a. um. qd ſagittarũ eſt. Vnde a Seruio dr Mulus ſaginarius & mula ſaginaria.

Sagitta. iaculi gñs qd arcu emittit. q; ſatis longe agatur. Vel a ſatis & ictus. Ad longus. n. ſpatiũ pferet ictũ ſuum. Vel q; ſagax ſit ictus eius. Sagitta etiã a rei ruſticæ ſcriptoribus ſumit p nouiſſima ſurculi parte ſiue quia longius receſſit a matre & quaſi emicuit atq; priſtinum. ſeu quia cacumine attenuata pdlcti teli ſpem gerit.

Sagitto. as. ſagittas iaculo. Hiero. ipſe. Vt ſagittẽt in occultis immaculatum.

Sagittarius. a. um. qd ad ſagittas pertinet. ſiue idoneum eſt ut eo fiant ſagittæ. Ply. li. xvi. Suũ gñs ſagittario calamo.

Sagittarius. qui ſagittas emittit. ut in ſacris litteris. Percuſſus eſt a ſagittariis. Eſt & ſagittarius ſignum cœleſte: quẽ alii centaurũ chironem arbitrãt: alii Eroti filiũ Euphemis nutricis muſæ & habitaſſe i parnaſo cũ muſis. & uenatiõi incubuiſſe. Vnde & uſus ſagittis & equo inſediſſe. Poſt mortem pcibus muſarũ a Ioue inter aſtra relatũ & uaria forma conſeriptum. Idibus ſebr. neſpere occidit: uehementer byemat inquit Columella.

Sagũtus hiſpaniæ ciuitas quam romanis fideliſſimã Annibal ad internectionem delcuit. Hinc ſaguntinus. a. um. ut uaſa ſaguntina quæ maxime cõmendãt. Mar. Sume ſagũtino pocula facta luto.

Sagma. æ. & ſagma. atis. ſella quam uulgus baſtũ appellat ſuper quo compotum ſarcinæ. Sed & pro ſarcina quandoq; ponitur. Interdum ſagmata dicuntur unguenta quæ ſucco conſtant quaſi diſtillationes. Quæ autem copore conſtant dicuntur hedyſmata ἡδύσματα græci cõdimẽtũ dicũt. Et ſagma cumulus dicit.

Sagmina. quaſi ſanctimina: qm̃ e loco ſancto capiebant legatis ad indicendũ bellũ: aut fœdus inicidum proficiſcentibus. Vel a ſaucietudo. i. confirmãdo. uel ab agendo q; e ſacris agat. Herba eſt quæ uocat Verbena. Ply. li. xxii. Quoniã nõ aliunde ſagmina in remediis publicis fuere & in ſacris legationib⁹ q̃ uerbenæ. Certe utroq; noie idẽ ſignificatur. Hoc è gramen exarce cũ ſua terra euulium. Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clangatum q; mittrentur uſi ſunt.

Sal ἅλς ἁλυκὸν ἁλσὶ λίγονται ἀλλὰ μεταφέρονται ἐπὶ λατίνους quo utimur in condiendis cibis utroq; numero & tã maſc. g̃ neu. gre dicit. Cato. Ex ſale qui apud carthaginẽſes fit. Sal. in Iug. Neq; ſalẽ: neq; alia gulæ irritamẽta. Afra, in compitis. Quicquid loquitur ſal merum eſt. Col. Carnem ſalibus aſperſam. Paul. iureconſul. Cotem ferro ſubigendam neceſſaria quoq; hoſtibus uænundari ut ferrum & ſtrumentum & ſales non ſine periculo capitis licet. Dicitur etiam hoc ſale ſecundum Priſcianum. Emi. libro quarto annalium. Cæruleum ſpumat ſale confecta rate pulſum per mare. Aliquando ſal ponitur pro ſapientia. & maſ. tñ gerere proferri conſueuit. Aliquando pro urbanitate ioco & ridiculo: & dictis ad riſum uel ad delectationem compoſitis. tam ſingulari q̃ plurali numero. Catul. Nulla eſt in corpore mica ſalis. Hoc eſt nihil uenuſtum & ſapienter dictum. Cicero Publio Scipioni. Omnes ſale & facetijs ſuperabat. Luc. Non ſoliti ridere ſales. Quinti. libro ſexto. Salſum inquit in conſuetudine pro ridiculo tñ accipimus natura non utiq. Hoc eſt q̃q & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam ſicut ſal ſuauitatem quandam cum mordacitate habet: ita etiam urbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis ſententia ſunt ipſa ridicula quæ neceſſario ſalſa oportet eſſe. Nam ſalſum erit quod non erit inſulſum uelut quoddam orationis condimentum quod ſentitur latente iudicio & uoluti palatum excitat. Quandoq; Sal mare dicitur Virgilius. Et ſpumas ſalis æra rubant.

Salnitrum ut modo in conſuetudinem uulgi dicitur facticium & ad tormenta ignium miſſilia repertus ueteribus fuiſſe uidetur incognitum. Vide in dictione Nitrum.

Salhammoniacus: ſic dictus eſt. quia ſub arenis inuenitur. Similis eſt colore a lumini medicinæ utilis.

Salapuſius a ſale & puſius compoſitum nomen. Puſius enim ſiue puſus & puſio apud latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus Catulli familiaris tanq; puer ob ſtaturam puerilem plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis.

Salſugo. appellatur in ſalinis tota liquida materia aqua ſalinor. Salſugo etiam dicitur humor cum tapore ſalis.

Salsilago.idem est qđ Salsugo. Ply. Natura ciceris ẽ gigni cum salsilagine.

Salarius.qui sal.uel salsamenta uændit. Mar. Quod uiles pueri salariorum.

Salarius.a.um.qđ ad sal pertinet. Liui.li.xxix. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerũt.

Salaria uia Romæ dicta est: q̃ per eam sabini sal a mari deferebant.

Salarium.dicitur stipendium: seu merces quam quis pro seruitio mentus est. Aug.li.i.ci.dei. Doctores ipsos insuper & salario publico & honorib⁹ dignissimos habuerunt. Dictum salarium q̃ ita necessarium sit ut homini sal.

Salsus.a.um.qđ salis saporem hsbet: siue qđ sale dẽ satum est: a quo fit salsior: salsissimus. & diminutiuum Salsiusculus. Augu. libro octauo con. Ebriosi quædam salsiuscula comedunt quo fiat molestus ardor quẽ dum extinguit potatio fiat delectatio.

Salsamentum.qđ est sale compositum ad usum ciborum: ut pisces salsi: & lardum quæ per syncopen salsamenta dici possunt.

Salsamentarius qui salsamenta uændit: q̃ & salarius.

Salsamentarius.a.um.qđ ad salsamenta pertinet. Ply. Quin & testis cadi salsamentari tusis cũ axungia uetere mirum imodum prodest. Col. lib. ii. Ita rursus in sole siccata & mox refrigerata condatur in nasis olearijs salsarijsq̃.

Salsura.idem qđ salsamentum. Col. lib. ix. Nulla tũ æquo q̃ p̃dictæ salsuræ pabula cõmode dantur.

Salitura.idem qđ salsura. Col. libro duodecimo. Post salituram musti.

Salsedo.inis.ipse salis sapor.

Salina.locus ubi fit sal. Ply. lib. xxxi. Fit sal nulgatis pluri musq̃ in salinis affuso mari: non sine aquæ dulcis riguis: sed imbre maxime iuuante. sed qm̃ sal p facetiis ponit. nonnunq̃ pro apophthegmatibus & facetiis & scommatibus translatiue apud Ciceronem positum reperis.

Salinæ.arũ. urbs sicilię iuxta lilybeum palmis abundans: q̃ iuxta eam salinæ fuerunt. i. fossæ in quibus fit sal.

Salinum uasculum in quo sal tum ad mensæ usum: tũ ad sacrificia paratũ. In eo enim cum sale dijs primitiæ offerebantur. Persius. Purum & sine labe salinum. Ponitur tamen & pro quocunq̃ uasefictili mensæ pauperis. Horat. libro secundo car. Cui paternum splendet in mensa tenui salinũ.

Salinator dictus est Liuius romanus propter uectigal quod nouum ex salaria annona commentus ẽ in censura.

Salnacidus.a.um.qđ salis saporem habet. Ply. Nas nitrosas aquas atq̃ salnacidas & fœculentas addita polenta utiles esse aiunt.

Salũ.mare.a sapore salis. uel a uerbo græco σάλλω qđ significat mouere fluctuare. Virg. Perq̃ undas superante salo.

Salio.is.quartæ coniugationis & prima correpta significat sale condio. Tibu. Farre pio placet & salĩte sale. Huius præteritum salui supinum salitum. Vnde salitus & saliturus. Liui⁹. Saliturus ista esse mittam salem. Cot. Seuerus. Ad quem saliti pomiliones efferebantur.

Sallo.is.per duplex.ll.tertiæ coniugationis.salli.saltum & salsum.in eadem significatione. Vnde saltus & salturus.salsus & salsurus. Lucil.li.iiii. Sallere murænas & frigidiaria ferre. Participium passiuæ significationis in dus posuit Colu mella libro octano cum inquit. Quod si ea res ægritudinẽ nõ depellit uændenda sunt pecora. Vel si neq̃ id contingere põt. ferro necanda fallendaq̃.

Salio.is.per simplex.l.saliui.uel salii.seu salui diuisas syllabas.supinũ saltum. Et habet primam correptã Virg. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. significat salto. Composita tamen magis præteritũ per ui faciunt ut Assilio.assilui tũ. Consilio.lui.tũ. Desilio. desilui.tum. Virg. Desiluit Turnus biuigis. Dessilio Exilio.exra salio. Insilio. Prosilio.ultra seu foras: uel ante salio. prõrpo. Lact. lib. iiii. Nãq̃ cum sitim paterentur ictu uirgæ rupe percussa prosiluit fons aquæ. Virg. libro v. Haud mora prosiluere omnes ferit aurea sydera clamor. Liui. li. ii. Prope attonitus miraculo rex cum a sede prosiliisset. Præsilio: ante salio. Resilio. subsilio sursum deorsum salio. Hiero. lib. ii. ꝛ. Michol uidit Dauid subsiliẽtem. Transilio ultra salio. Liui. lib. primo Vulgatior fama est ludibrio fratris remum nouos transiluisse muros. Salire tamen dicuntur animalia ratione carentia. quando mares ineunt fœminas. Nam saliendo ascendunt. Vnde Læta salitur ouis. A salio fit salto frequentatiuum. cuius composita mutant a. in u. ut Assulto consulto. dissulto. desulto. exulto. insulto. prosulto. psulto. resulto & subsulto. Plau. in Cas. Vt festinabat miser: ut subsultabat post q̃ uicit uillicus. Transulto. Idem in Cap. Tu subsultras ego miser uix adito p̃ formidine.

Salto.as. significat tripudio. Sal. Sed in his Sempronia quæ multa uirilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atq̃ forma prærea uiro liberisq̃ satis fortunata fuit: litteris gręcis atq̃ latinis docta. psallere & saltare & cantare elegãtius q̃ necesse ẽ pbe multa alia quæ luxuriæ instrumenta sunt. Hinc Saltatio & Saltatus. pro ipso saltandi actu.

Saltito.as.pe.cor. frequẽtatiuũ ẽ a salto.as.

Saltatio est illa hominum iactatio quam uulgus tripudium uocat.

Saltatus.us.idem qđ saltatio. Liui. Per urbem ire canentes carmina cũ tripudijs solẽniq̃ saltatu iussit.

Saltus.us.& Salti densior sylua & in uia est: q̃ ibi arbores saliant: in quo pasci & æstiuare pecudes solent. Sunt qui dicant saltus esse loca arbonbus expedita. quia facile in his saltetur. Virg. libro tertio. Geor. Saltibus in uacuis pascuntur plana secundũ flumina. Ponitur & pro loco nemoroso ubi latrones insidiari consueuerunt. Et Saltus ceruorum est. Idem. libro nono. Tum demum saltu præceps se oibus altum in fluuium dedit.

Saltuarius.syluarum seu saltus custos. Pomponius. Dominus proprietatis etiam inuito usufructuario. Fundum uero ædes per saltuarium uel insularium custodire potest.

Saltuosus. locus saltibus plenus.

Saltim. siue saltuarim significat per saltus. Gel. Nos nna ætate in Asia & Græcia gesta litteris Idcirco cõtinctia mandauimus ne uelicarim aut saltuatim: scribendo lectoꝝ animos impediremus.

Saltem coniunctio per defectionem dicitur: quasi si aliter non potest: ul' ut inquit Gel. u. littera abiecta Nam a principio saltem dicebant qđ nos saltem dicimus. Nam cum alia quædam petita & non impetrata sunt. Hinc solemus quasi extremũ aliquid petituri qđ negari minime debeat dicere. hoc saltẽ fieri aut dari oportere: tãq̃ saltem postremo petentes quã impetrari sit æquissimum. Ser. Saltem: nel hoc tractum a captiuis qui cum tenerentur ab hostibus dicebant sub laris omnibus salutẽ cõcede. Hinc per synecdim natus est sermo ut in conceptu rerum multarum petituri aliquid saltem dicamus.

Salax. dicitur libidine pruriens: sortis in coitu & creber. cuius membrũ facile salit. i. arrigit. Et salire dicunt quadrupedes dum coeũt: uel quia ex humore salso citatur libido. Vnde Venus dicta est e mari orta. Var. Gallos salaces. Et salaces aquæ scaturiẽtes quasi e terra prosilientes. Vnde etiam nymphæ salaces dicuntur. Ouid. Nymphæq; salaces.

Salacia: dea aquæ a salo cietdo appellata. Vnde & a poetis sumitur pro aqua. Pacu. Hinc fœuitiam salacis fugimus.

Salebræ a saltu dictæ sunt. loca Inæqualia aspera q̃ quasi sine saltu prætenri non possunt. Per transiationem Ci. de fi. bonoꝝ dixit. Hic si diffinire. si dicere potuisset: si loquẽdi: si deniq; consuetudinẽ uerboꝝ teneret: nũq̃ in tantas salebras incidisset. i. in tantas asperitates: siue incultas orationes. Hinc Salebrosus. a. um. qđ multas habet salebras.

Salii. sacerdotes Martis sic dicti q in portandis ancylibus saltare eos mos esset. Liu. Numa salios. xii marti gradiuo legit; tunicæq; insigne dedit: & sup tunicam æneum pectori tegmen cœleriaq; arma quæ ancylia appellant ferre: ac per urbem ire canẽtes carmina cum tripudiis solemniq; saltatu iussit.

Sali per simplex i auiculæ sunt. quas Aristoteles Aegithos appellat fœcunditatis magnæ: ut perdices gallinæq.

Saliaris. & hoc saliare. qđ ad salios pertinet. Vndẽ saliares cœnæ appellatæ sunt quas salii faciebant amplissimo appatu: ex quo opinari ac copiosæ cœnæ saliares dicuntur.

Saliunca. herba e terra statim exiliens. foliosa quidẽ sed breuis. ut inquit Ply. lib. xxi. & quæ necti non possit: radici cohæret.

Salix arbor a saliendo. q nel fata: uel casu terræ compacta salit ac surgit. Hæc arbor talem habet naturam. Est quidem lignum infructuosum. Et dicit si quis ex illa accipiat potionem: aut manducet: filios non facit.

Salignus. a. um. qđ ex salice materiatum est. Virgil. Eit tuguri custos armatus salice saligna.

Sallcetum. & per syncopen salictum. locus salicibus consitus. Varro. Idoneus locus eligendus ubi salictas salictum & harundinetum.

Salicastrum. gñs lambruscæ in salictis nascens.

Sala: nomen sex urbium: & nomen fluuii in Germania ut Strabo libro septimo scribit. Inter quem & thenum cum Drusus germanicus belligeraret domitis hostibus uictor oppetiit.

Salaconia. superbia. & salacones superbi dicuntur. Salacon enim ut inquit Suidas uir fuit qui cum pauper esset se diuitem simulabat.

Salentinorum regio quæ nunc ut quidam uolunt terra Idruntri siue terra de bari nocatur in Italia sita est & Apuliæ finitima. De quibus Virgilius libro tertio. Et salentinos obsedit milite campos. In ea est Iapigium promontorium. qđ & salentinum dicitur. Salustius. Omnis Italia coacta in angustias scindit in duo promitoria Pachynũ & salentinũ. Salentini populi dicti q in salo amicitiam fecerint Idomenæus & Locrenses. Hos Strabo scribit esse Cretenses. Salentinus lacus est Salentinorum iuxta Anduiam oppidum. Hic ad margines usq; plenus. neq; exhaustus minuitur: neq; superfusis augetur aquis.

Salassi. populi alpini boils Eluetiisq; finitimi. quos Cato Taurisci gentis esse arbitratur. Salassorum tellus aurifodinas habet. diuq; olim potentes fuerunt. Sed Augustus eos deuictos oĩs sub corona uendidit. Auctor Stra. ll. iiii.

Salamin. siue Salamis: & Salamina: Insula in Euboico mari contra Athenas sita in qua urbs est eiusdem nomini: ubi Thelamon aiacis & Teucri pater regnauit. Sed cũ Teucer a bello troia reuertius. de Aiacis inimicis ultus non fuisset: expulsus a patre in Cyprũ nauigauit: ibiq; urbeꝫ aliam condidit nomine salaminam. quæ nunc Constantia dicitur ubi nomen amnis Constantia pestifer & æstuosus Dicta Salamina prima a Salamine Asopi filia. Sed Suidas noster multa & saxũ in quo sedit Theseus & Ceres.

Salamandra. animal lacerti figura stellatum nunq̃ nisi magnis imbribus proueniens & æstate deficiens cui tantus rigor est: ut ignem tactũ extinguat non aliter q̃ glacies. Et licet uenenatissimum sit. Nam si arbori irrepserit omnia poma inficit ueneno & eos qui ederint interimit. Idem facit si in puteum cadat a suibus tamen sine nocumento manditur. Noster Suidas ἴσον ὡς σαύρα τὸ μέγεθος πῦρ σβέννυσιν ἀνόμενον τὴν φλόγα σφιγγόμενον καὶ αὐτὸ μιμεῖσθαι

Salanga. mons altissimus mari iminens inter britaniã & hyberniã. a salinga barculani primi habitatoris Hybernie filio dictus. Hodie mons dominij appellatur a tẽplo beati Domini ibi condito.

Saliuũ & saliua sputũ qđ fere salis saporẽ habeat. ud a saliendo q in ore saliat & crescat. Saliuam uirginẽ dixit Aug. q̃ stomacho ieiuno manauit.

Salino. as. sanũ facio. Ply. li. ix. Cõgregant uerno tẽpore purpuræ mutuoq; attritu lentorẽ cuiusdã cæruleum. Col. li. vii. Tũc panacis & creungii radices fœniculi seminib⁹ miscendæ & cũ defruti ac molliti tritici farina cãdẽtiq; aqua cõspgenda eoq; medicamine saliuãdũ ægrotũ pecus.

Saluarius: qui ſaliuat. Ply. ibi. ti. ix. Quæ durioris teſtæ ſunt ut murices purpuræ ſaliuario lętore pariſt

Salmonæus æoli filius qui apud helidē regnauit: ſed in infernum a Ioue detruſus eſt.

Salmaces fons in Caria iuxta halicarnaſſum dicē ue nereus amœnitate incolaꝝ: ubi paulatim homines allecti omnē feritatē depoſuerūt.

Salmo. gn̄s piſcis. qđ in rheno & rhodano inuenit: & p̄ſert aliis piſcibus marinis.

Salo: fluuius q & bilbilis dr: quo tempa ferꝛ atq; acrius redditur.

Salon. regio bithynniæ paſcendis bob⁹ idonea. Vnde & ſalonenſis caſeus.

Salone urbs inſignis liburniæ inter dalmatas & illyricos: quam pollio deuicit.

Salus. incolumitas. Aliquādo etiam remediū. Virg. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. Et ſalus dea ſalutis credita. Vnde ſalutaris porta Romæ appellata ab huius deæ æde q̄ ei proxima fuit.

Saluber. pe. p. maſ. gn̄s. ſalubris fœminini. ſalubre neutr. Et hic & hæc ſalubris & hoc ſalubre qđ p̄bet ſanitatem. Vnde aer. cibus locus ſalubres dr̄t Col. li. i. Salubri cœlo. Idem. Fundū ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli cum ſit inſalubris ita nec eſſœti ſit parandum. Aliquando ſalubri accipit p ſano. Sal. Gn̄s hoiuꝝ ſalubri corpoſ. Liu. Grauioꝝ tempore anni circūacto defuncta morbis corpora ſalubriora eē cœpe. Hinc ſalubritas ſanitas.

Salutaris. idē qđ ſaluber. hoc ē ſanitatē p̄bens uel ad ſalutem p̄bendam idoneuꝝ. Ca. ad Octa. Nulla re media tam faciunt dolorem q̄ quæ ſunt ſalutaria. Salutaris digitus qui pollici eſt proximus: qui & index dicitur. Sue. de Aug. Dextræq; manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat ut torpentem contractumq; frigore uix corneo circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martianus de nup. Veꝝ quidam redimitus puer. ad os comp̄reſſo digito ſalutari ſilētum commonebat. Dicit autem ſalutaris: uel quia non ſalutamus niſi uiſa & indicata. Virg. Italiam lęto ſocii clamore ſalutant. uel quia eo cōprimimus os ad ſilentiuꝝ quod ſalutare eſt p̄ceptum.

Salutariter aduerbium. ſignificat qđ uulgo dr̄ ad ſaluamētum. Plancus Ciceroni. Quadraginta milium paſſuum ſpatio relicto conſedi eo cōſilio ut uel celeriter accedere: uel ſalutariter recipe me poſſem.

Saluto. as. ſalutem dico: uiſito & colloquor. qđ non accedentibus tm̄ ſed abeuntibus quoq; attribuitur ut Sta. li. iiii. th. Stāt cū & nota puppim de rupe ſalutant. Ter. in adel. Oppiat hominem hic: ut ſalutem & colloquar. i. uiſitem. Et ſalutare eſt uenerari Ter. Hinc deos domū ſalutatum pergam: Vñ mortuos & res inanimatas uenerantes ſalutare ſolemus nō ſalutē impēcantes: quæ nulla in his eſſe poteſt: ſed uenerationem indicentes. Huius compoſita ſt Conſaluto ſimul ſaluto. Liui. li. i. Vtrumq; regem ſua multitudo conſalutauerat. Obſaluto ſalutandi gratiam offero. Reſaluto me ſalutantem ſaluto: In ſalutatus non ſalutatus.

Saluus. a. um. qđ eſt ſanum. a quo ſaluo. as. qđ eſt ſaluum facio. Vnde & ſaluator qui ſaluat græcedi citur ſoter: ſaluifico idem qđ ſaluo.

Salue. uerbum ſalutantis. hoc eſt ſaluus ſis. Et habet tm̄ ſalueto. ſaluete & ſaluere. ut Iube ſcipionem ſaluere. i. ſaluta ſcipionem. Vide in dictione Valeo.

Salutiger. quo nomine utitur Apul. uideꝝ eſſe nō qui dat ſalutem: ſed qui nūciat tāq̄ interp̄s & adminiſter ſuperioꝝ. Plau. in Aul. Salutigerulos pueros.

Saluia. herba dicta q diuerſos ſanet morbos Græce Eleliſphacon dicitur: prodeſt paralyticis & contra ſerpentium morſus exhibet.

Salpyga. pe. p. gn̄s formicarum uenenatarum. Luc. lib. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras? Cicero appellat eas ſolifugas.

Salgama penultima correpta appellabantur a priſcis quæcūq; conditanea ad uictum noſtrum in uaſis ſeruabantur utputa mala pyra fici uuæ rapæ. Colu. Tempore non alio uili quoq; ſalgama mercē. Inde ſalgamarii q ſalgama uendunt.

Samaria. ciuitas regalis in iſrl quæ nunc ſebaſten dr̄. ab Auguſti nomine Sed & omnis regio quæ fuit circa eam a ciuitate nomen accepit. Ea eſt palæſtinæ inter Iudæam & Galilæam ſita. Hinc ſamaritani & ſamaritæ dicti ſunt qui ſamariam habitant. Hiero. ad alga. Hoſtili inter ſe ſamaritani atq; iudæi diſcordant odio. Idem ibi. Non receperunt eam ſamaritæ.

Samara. promontorium in oceano orientali ubi deficit Caucaſus.

Samarobrinæ. fuerunt populi in Gallia inter belgas ubi Cæſar Gallorum concilium indixit. Hanc Cameracēſem eſſe urbem nonnulli autumant: quam ſabis fluuius interfluit.

Sambuca. dictio barbara qua ſignificatur quoddā inſtrumenti muſici gn̄s. ut eſt apud Danielem. Cum audieritis ſonum ſambucæ. Hieronymus ad Damaſum oſtendit quomodo ſambuca conficeretur. Eſt & genus machinæ militaris qua urbes expugnari conſueuerunt: in qua ſic funes intendebant ſicut in organo muſico chordæ.

Sambuciſtria: quæ ſambuca canit.

Samos. altitudo & ſumitas interpretatur. Et eſt nomen duarum inſularum. Vna eſt in mari Icario nomine: & Iunoni dicatiſſima: q in ea nata fuerit & educata & Ioui nupta. Scribit Varro Samon p̄mo Partheniam nominatā ubi antiquiſſimum fuit templum & ſimulachrum in habitu nubentis figuratū & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabantur: a qua & Iuno ſamia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortuꝝ habuit: necnon & una ex ſibyllis: quæ exide Samia dicta ē: quā ferūt de Chriſto prædixiſſe. Tu enim ſtulta iudæa deuꝝ tuum non cognouiſti ludentem mortalium mentibus. ſed & ſpinis coronaſti: Homdumq; ſed miſcuiſti. Fiebant etiam in ea uaſa fictilia egregie ex creta fabricata quæ ſamia uocabantur. Ferunt hāc inſulam Thraciæ adiacere quæ poſtea ex commiſtis Thraciæ populis ſamothracia appellatur. Virgilius. Threciamque ſamum quæ nunc ſamothracia fertur. Altera uero eſt Samos Inſula

a Plynio collocata ppe Ithacā apud Duluchium De q̄ uidet Sueto. intelligere cū nō multū distet ab Epiro. ubi in Augusto ait. Ab Actio cum samum insulam in hyberna se recepisset. same uero ut inqt Seruius ciuitas thraciæ ēi cephalea. Apud Strabonē tñ legimus samū & samē: samū urbem esse: same uero insulam: Sunt qui scribant samothraciam insulā esse quæ prius dardania uocabatur a Dardano q palladiū Mineruæ secū eo ferēs cōfugisse traditur. post samiis insula bello electis cū eo se ī thraciā ex asia recepērit inditum nomen: ut pro dardania samothracia uocaret.

Samius. a. um. qđ e samo est: ut homo samius. Veteres tñ q̄q̄ samium pro acuto ponebant. & Samia re p acuere & q̄si samiæ testæ acumē inducere.

Samia subtilāriū uasa a samo iniula dicta. sicut Maiorica ab hispania. Ci. li. iiii. ad heren. Nos samiis delectabimur.

Samnites. pe. pto. populi in samnio qđ nunc Apruciū uocamus regio italiæ inter picenum campaniam & apuliā. Vrbes i ea sunt Adria. Aqla. Amiternū. Sulmo. Ortona. Arpinū. Aquinū. Athina. Beneuētū. Corfiniū. Vel samnites dicti sunt a samnio colle in quo e sabinis uenientes consederunt & eiusdē nois oppidum ædificauerūt. Quidam etiam sannites per duplex. nn. scribūt. Hi quōdam apud caudinas furculas romanū exercitū pfligauerunt: quos postea L. Papyrius sub iugum misit.

Samniones a Samniis dīr. qui sunt in dictis satui: & in moribus & scænis. Ci. li. de ora. Quid porro tam ridiculum q̄ samnio est: q ore uultu imitantis moribus uoce deniq̄ corpore rident. Quidam tamen sanniones a sanna deductū nomen arbitrant. quæ sit os distortum cū uultu.

Sampsucus. hærba: quam nunc Maioranam appellant. alioq̄ noie Amaracus dr.

Sancio. is. iui. itū. uel sanxi. sanctū significat aliquid sanctū ut cōsecratū facio sub sanguine hostiæ. Vnde sanctū auctore Seruio dr quasi sanguine cōsecratū. Et sancio uocat lex cū terrore pœnæ. Aliquando sancire elt firmare munire roborare. Ter. i ecy. Aliud si scitē qui firmate meā apud uos possem fidē sanctius q̄ iusiurandum: id polliceret tibi. Inde sancio: & sancta res dr. i. decreta & inuiolabilis. Martianus ait sanctū ppie dici qđ ab iniuria hominū defensum atq̄ munitum est. Tractū a sagminibus hærbis quæ legati populi romani ferre ioie bant ne quis eos uiolaret. Iuue. Vt sanctam filius omni alpiciat sine labe domū uitioq̄ carētē. Vlp. de uer. sig. scribit sanctū esse. qđ nec sacrū nec prophanū elt. sed sanctione aliqua firmatū: ut sanctæ sunt leges. hoc ē sanctione quadam subnixæ. Alii dicūt sanctū esse religiosum & sacrū incorruptum. Virg. Sancta ad uos ąia atq̄ iflius inscia culpæ de scēdam. i. incorrupta. Idē. Tuq̄ o sanctissima coniunx fœlix morte tua. i. cassissima. Vnde sanctus uir dr integer moribus. Do. sanctū dr qđ omni obseruatione inuiolatū est. Et secūdū scripturaȝ sacrum idioma sanctū dr mūdū purificatū atq̄ expiatum. Vñ sancti dr fideliū filii q̄ quasi candidati sint: & nullis idolatriæ sordibus polluantur. Vasa quoq̄ sancta in tabernaculo legim⁹ & cætera quæ ad ritū cerimoniaȝ ptinēt cū utiq̄ sancta esse non possint nisi ea quæ sentiūt: & ueneranf deū. Sic & Bersabee sanctificata scribf ac immundicia sua: & ipsum tēplū sanctuariū noiat.

Sanctus. a. um. pticipiū a sancio. de quo mox. Cui⁹ diminutiuū formauit Hiero. cōtra Rufi. cū inquit Tibi q̄ religiosus & sanctulus psonā humilitatis iponis. Ab aduerbio sanctē fit pfanctē qđ ē ualde firmiter. Plau. Idq̄ pfecte iurauit se factuȝe.

Sanctitas. sanctitudo & sanctimonia eiusdem significati sunt.

Sanctuarium. sacer locus: templū: sacrariū. sanctuarium quoq̄ siue sanctaria Plynius Mithridatis appellauit qnȝ alio loco archana & Plutarchus ἀπόῤῥητα uocauit.

Sanctimoniales dīr monachæ. Aug. super ps. Inbibilate. Inuenies sanctimoniales indisciplinatas: nū qđ ideo sanctimoniū reprehēdēdū elt?

Sanctimoniū. uocat sanctimonialiū pfessio.

Sandaliū: calceoȝ: gñs: siue caligaȝ Græci σανδάλιον soleam dicūt. Ter. in heau. Vtinam tibi cōmitigari uideam sandalio caput. Hinc sandalarius Apollo dictus ē a uico cuius meminit Gel. li. xvii: In sandalario forte apud libranos fuimus.

Sandaliotis. sardinia insula denoiata ē ab effigie sandalii. hoc elt soleæ: quam nōnulli Ichnusaȝ uocāt a similitudine uestigii: qđ græce ἴχνος dr.

Sandaracha. gñs coloris q̄ iueniť in auratiis & argētariis metallis. adulteratť ex ceruſa in fornace cocta hæc si torreaf æqua parte rubrica admixta sandycē facit. q̄ q̄ hanc hærbam esse Virg. scribat. hoc noie aiunt quidam significari uermicem cuius fumus pcæteris dolorem dentium leuare dr ut ē apud Auicēnam. Græci σανδαράκινον dicunt.

Sandyx. ycis. pe. p. si Virgilio & eiusdē interpti seruio necnō & qbusdā creditur. masc. gñis. hærba ē delicatæ offecturæ. breui caule: & in aliis fœniculo similis. Virg. Spōte sua sandyx pascētes uestiet agnos. Prop. Illaq̄ plebeio ned si sandycis amictu. Huius hærbæ peculiaris laus inquit Ply. li. xxii. q̄ sanguineto uenere corpori succurrit. Nascitur in insula maris rubri. elt & sandyx gñs coloris ex sandaracha & ceruſa factus. A sandyx fit sandycinus. a. um. ut color sandyciuus qui elt flammeus ex rubrica & sandaracha factus.

Sanates populi qui supra iufraq̄ romam habitauerunt. Quod nomen ideo elt inditum quia cum defecissent a romanis breui post in amicitiam. quasi sanata mente redierūt.

Sanus proprie dr integer & icorruptus. A quo sanitas i columitas. Transfertť quoq̄ ad animum. Vnde dicimus hominem sana mente: sanoq̄ consilio Ex quo Insanus demens qui mentem nō habet integraȝ. Et insania stultitia: quæ & insanitas dr. Ci. Insapientia: quasi insanitas eadēq̄ dementia. Et i sanio pro desipio. Interdum tamen sanum dicitur quod sanitatē ꝓbet. Si quidē dicimus sanum aerē sanum cibum quasi salubrem & sanitatem ꝓbētem

Sano.as.ſanũ facio redintegro.& icolumitati reſti-
tuo.Hic fiũt cõpoſita.Conſano qd ẽ ſimul nr oẽs
ſano.Col.lib.ç.Et ſic uiris laniata ſcabrataq; pu
treſcat hũorib⁹ nec plagæ conſanẽt.Reſano rurſus
ſano.Lact.li.ç.Quibus poſtea erect⁹ oẽs q reſa-
nati fuerunt adhærẽt religioni.Et habẽt pe.produ.
Saneſco ſanus fio.Col.li.vii.Sed uulnera facta inter
dũ ſaneſcũt hui⁹ cõpoſita ſũt Conſaneſco & Reſa
neſco.Idẽ.li.ç.Tũ etiam uitem min⁹ cicatricoſaz
reddit qñ id exqno uiride & teneꝛ decerptũ ẽ ce-
leriter conſaneſcit.Lact.li.çNon modo ut ſcepꝛ-
tis deoꝛ cultib⁹ reſaneſcant:ſed etiam ut priſci
obſtinatione depoſita corporis cruciamẽta duitẽt.
Sane aduerbiũ qñq; affirmatiue ponit p eo quod ẽ
certe:nt Ita ſane?Sane uero quandoq; permiſſiue.
qñ aliqd aduerſario tribuim⁹.nt ſit ſane ut nis p
cito ut uis.Ci.Quid enim habet cõmodi?qd non
pon⁹ laboris?Sed habeat ſane.hoc eſt in bona ho
ra:aut in dei nomine.Quintil.Tulerit ſane fili⁹ nr
merito pœnas:dederit ſp̃m ſupplicio nihil de p'ſ
loqnimur.quaſi dicat.Eſto ita ſit ut tu nis.Quan
doq; ponit pro ualde quoniam q ſanus eſt:ualid⁹
eſt.Sue.Bellũ ſane difficile geſſit.Iungit nonuũq;
cum.& affirmatiuaq; eſt.Quintil.Et ſane quis cõ
cipiat uel declamantis habitũ:nel orantis uocem
inceſſũ pronunciationem illũ denicq; animi & cor-
poris motum.Item cum.q̃.Gel.Saneq; utile eſt.
Sanies.ſãguis corrupt⁹.qd qdã a tabo ſic diſtin-
gũi ut illud de mortuo.hoc de uiuo dicat.Virgil.
Et ſanie taboq; fluentis.
Sanguis.qnod & ſanguen neu.genere ab antiqs di
ceba't.Lucr.Viſcerib⁹ niſcus gigni.ſanguenq; cre
ari.Dicitur autem ſanguis qni eſt intra uenas cru
or fuſus ſiue ſanies.Ponitur interdum pro genere.
Virgi.Troiano a ſanguine duci audierat.Quo ad
primum ſignificatum ſit compoſituz.Exanguis.
Quo ad ſecundũ ſit conſanguineus.licet ſanguine
us aliud ſignificat.
Sanguen modo ſanguis dicit:modo arbor cui⁹ cor-
tex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet.a quo ſãgui
neus.a.um.ut nirga ſanguinea.
Sanguineus.a.um modo ad corpus refert.& ſignifi
cat plenũ ſanguĩe modo ad aĩum & ſignificat cru
delem cruẽtumq;.Apul.Immani ac ſanguinea uo
ce perterruit.Modo ad arborem & ſigt qd eſt ex
arbore q̃ ſanguen appellat.Ply.ſigs duas uirgas
ſãguineas mũ tulerit.
Sanguinolẽtus.idem qd ſanguĩeus Vat.Itaq; pro-
pter amorem imperii magiſtrat⁹ gradatim ſeditio
nib⁹ ſãguinolẽtis urbem perturbauere.
Sãguinarius:ſæuus & crudelis.Cice.Itaq; granẽ illã
ac ſanguĩariam uocem audiuim⁹.ſic ſanguĩarius
homo dicitur a ſeneca qui gaudet humano ſan-
guine & crudeli.
Sanguinaria hærba dicta eſt qnia ſucc⁹ eius infuſus
narib⁹ ſupprimit ſanguĩnem.Col.lib.viii.Eſt etiã
grauis pernicies hærbæ ſanguĩariæ qnam ſi paſta
eſt ouis:toto uẽtre diſtẽdit cõtrahiturq; & ſpumã
quãdam tenuem tetri odoris expuit Græci eã po-
lygonon appellant.
Sãguiate eſt ſãguĩe maiare.Quĩti.in decla.Tũ repe
titis ſanguĩauere plãctib⁹ iam cõualeſcẽtes lacerti
Et iterum Mulier quæ ſanguinãtes ad iudicẽ por
rigit lacertos
Sãguiſnga.pe.pro.uermis qni & irudo dicitur & ſã
guiſnga.
Sãguicul⁹ ſanguis hædi ſiue ſuis ĩ cibũ formatus.
Ply.Vtunt ad utrũq; uitiũ & coagulo hædi luino
myrteo magnitudie fabæ poto & ſãguie einſdez ĩ
cibũ formato quẽ ſanguiculũ uocãt.
Sãga Cantabrorũ fluuius
Sãgaris.fluui⁹ gallogrætie qui per phrygiam deflu
ens tãdem in propontidem defluit.
Sanna per duplex.nn.irriſio quæ ut Hiero.ingt ab
occipitio diſtorto ore & labris contractis fit ante-
rioꝛ dentium oſtentatione.Quo uocabulo uſus ẽ
Iune.Inũc & dubita qna ſorbeat aera ſãna tullia.
Hinc ſanniones & ſannii ut ingt Probus q̃uis &
ſamniones dicant q ſic irrident.De ſanno.as.qd
eſt per faſtidiũ derideo.Subſanno dequo alibi ſi-
militer ſannatores q eo modo irridẽt.
Santones.& ſantoni pe.cor.& ſantonici populi q-
dam Galliæ non longe a Toloſatiũ finibus quæ
ciuitas eſt in prouincia ut Cæſar cõ.i.ſcribit.Luc.
libro primo Gaudetq; a moto ſanronas hoſte Iu
ne.Tempora ſantonico uelas ad operta cucullo.
Sannaus.lacus de quo Ply.lib.ſecũdo Lacus inqt
ſannaus in aſia circũnaſcẽte abſynthio inficitur a
ptolomæo.ſannis appellatur.Apud græcos per
ſimplex.n.ſcribitur.
Sanſæ officula oliuæ.Col.lib.iz.Et cum eſt oliua ĩ
ſanſam redacta tũc ſal coctus trituſq; manu pmi-
ſcet cũ cæteris aridis condimẽtis.
Sapa a ſapiditate dicit & eſt muſtũ uſq; ad tertiam
partem uel ut quidam uolũt ad dimidiam deco-
ctũ Vide indictiõe Defrutuz.Græce hepſema ab
ἕψειν quod eſt decoqnere.dicit.De hoc Mar.&
laletanæ nigra lagena ſapæ.
Sapio.is.ſapiui uel ſapii ſapitum pe.pro.Vel ſapui
ſapitũ pe.cor.propne pertinet ad ſenſum corporis
ut ſit ſapere qd nuigo dicitur:ſaporituz eſſe.Iuue.
Qui meminit calidæ ſapiat quod uulua popinæ.
Hinc ſapor.& ſapidus.Aliquando ſapere ſaporẽ
habere qnod uernaculo ſermone dicimus ſapere d
la coſa:ut hoc ſapit hæreſim.Hiero.ad pãma.ſim-
plices epiſtolæ tuæ olent prophetas:apoſtolos ſa
piũt.Tranſfert & ad animũ pro ſapientez eſſe.ſeu
rectam ſententiam uel opinionem habere.Cer.Si
ſapis:neq; præter quas ipſe amor moleſtias ha-
bet.addas & illas quas habet recte feras.Aug.li.
i.ci.dei.Tribulationis tempore probauerũt q̃ re-
cte ſapuerint.Mar.Nubere uis priſco? non miror
paula ſapiſti.Quãdoq; darino iũgit Plau.In Tri.
haben tu amicũ aut familiarem cui pectus ſapiat
Hui⁹ compoſita ſũt Deſipio & Reſipio.Vide in-
dictione Deſipio.
Sapientia eſt teꝛ diuinarũ atq; hũanaꝛ ſcientia græ
ce ſophia.dicit.Et qui eaz profitet ſophus hoc eſt
ſapiens appellat.Quod nomen inditũ fuit illis ſe
ptem clariſſimis uiris ſcilicet Thaleti mileſio.So

loni salaminio seu athenieñi: Chiloni lacedæmonio. Pittaco mithylenæo. Bianti pryeneo. Cleobolo lydio. Periãdro corinthio. Sed postea pythagoras prim⁹ uon sophũ se: sed philosophũ appellauit hoc est non sapientem sed sapientiæ amatorem. Et scienti ipsam nou sophiam sed philosophiam nũcupandã existimauit q nullus hominẽ sed solus deus sapiens esset.

Sapor qui sapit. Sapoꝛ uero decem sũt genera ut docet Ply. l. dulcis suauis. piuguis amarus austerus. acer: acut⁹ acerbus acidus & salsus. Plyni⁹ existimat oibus sensũ gustus esse. Tria uero sũt naturæ rerũ elemẽta ignẽ aerem aquã sine sapoꝛ. sine odore sine succo.

Sapid⁹. a. nm. qd gratũ saporem habet. Cuius contrariũ est insipidus sine sapore. ut Caseus sipid⁹. ui nũ insipidum.

Saperda dici potest sapiens elegans. Var. Omnes uidemur nobis esse belli festiui sapdæ cũ simus canopi: Et saperda gñs est conchæ mali saporis. Et nõnunq̃ pro sterqlinio ponit⁹ Persius. Et qd agaz rogitas en saperdam aduecto ponto.

Sappho p. p. ante. ph. nomẽ mulieris uatis. Ferũt nõ nulli fuisse duas hoc uomina quaꝛ una Erexia q̃ & antiqor lyrica. qua tempestate Alcæ⁹ claruit ter pſicorus & pittacus. tempore Targni prisci. Ea plectꝛe prima iuenit. Scripsit lyricos modulos. epigrãmata elegia. Iambos & monades. Altera Mithylenea longa Inniot cui⁹ pulcherrimũ opus ad amicũ phaonem extat. Scripsit & alia multa apud græcos ut merito noua iter lyricos poetas ũnumeraſ. antipater aũt Sidonius in epigrãmatis μνημοσύναν ἴλαθι μάτηρ ὅτ' ἔκλυες τᾶς μελιφώνου σαπφοῦς μὲ λευκάτραν μοῦσαν ἔχουσι ἔρωτοι ideſt mnamosynem matreꝫ musaꝛ ce pit: qñ audiuit dulcissimam ĩ uoce sapphonunqd decimam musam habent mortales.

Sapphirus per. p. ama. ph. & pe. pro. lapis pretiosus coloris acrii. Vnde fit Saphirinus. a. um. Hiero. in exo. Sub pedib⁹ eius quasi op⁹ lapidis saphirini.

Sapphiratus sapphiris maculatus & uariagantet in raxt⁹. Sidonius Ac si sub uerticolorib⁹ figuris uernans herbida crusta sapphiratos.

Sarra: nomen uxoris habraæ: & nomen ciuitatis q̃ postea Tyrus dicta est. Aq̃ Sarranus. sed id quoq̃ noman aspice quodam accepit: q illic abũdat. Et Sar illa lingua uocaſ. ex cui⁹ sanguine sericum in purpurã tingebaſ. Est & Sarra insula Epiroſ aqua Sarrana etiam dicũtur.

Sarranus. a. um. quod ex sarra tyro est. Vnde sarranæ uestes tyriæ dictæ sunt: quæ & Ostrinæ & purpureæ. Virg. Et sarrano dormiat ostro. Iuua. Ant pictæ sarraua ferentem ex humeris aulæa togæ.

Sarnus fluui⁹ campaniæ oriens a Sarano monte inter pompeianũ agrũ & Salernũ. Iuxta oppidum Sarni in radicib⁹ montis positũ aqno Sarastes populi sũt cognomĩati. Virg. Sarastes populos & q̃ rigat æquora sarnus.

Sarraca nomen est duaꝛ urbiũ quarũ una est in media alia in fœlici Arabia.

Sarraceni populi post nabateos a Sarraca ut stephanut inqt quæ est pars arabiæ.

Sarracũ. uahiculi gen⁹ quo ligna & lapides uehi cõ sueuerũt. Iuue. longa coruscat sarraco ueniente abies Idem Frigida circũagũt pigri sarraca boꝛæ.

Sarrabalia chaldaica nomen neu. generis. & uumari pluralis. sũt brachæ ut apud. Daũ. prophãm. Quidam dicũt esse linxas uastes & sinuosas quæ a germanis renones uestes pelliceæ quibus in castris utuntur.

Sarcas mos latine. dicit⁹ locus cũ amaritudine. Vt apud. Virg. Raferes hæc & uuucius ibis pelidæ genitoriilli mea tristia facta degenerẽq̃ neptolemũ narraia memento.

Sarcarius fluuius est quem in phrygia asse aiũt qdã

Sarciua. pe. cor. propria utensiliũ est: & eorum quæ ad cultũ & ad cæterum usum pertinet. naluti fascis què quis in itinera faciendo comportare possit. Hiuc milites cũ castra mouere uolũti sarciuas colligere dñr. Et qui in aliam domũ tuigrant sarcias suas compouere solent. Res etiam nostras domi ciſtis capſiſq̃ compositas etiam sarcinas uocam⁹. Quiuti. Iacent relictæ sine hæredesarcinæip transiationem quandoq̃ sarcina ponitur pro in utili onere. Aug. Et hanc corporis sarcinam aliquãdo depouerem huius diminutiuũ est Sarcinula.

Sarciuo. as. sarcinas sumo. Interdũ Sarciuare capit⁹ pro suere. Lucil. Sarcinatorem essa sũmũ: suere centonem optime huius compositum est Consarcino quod est sarcinas colligo quod uernacula lingua dicimus a fardelare o asamare. Gel. libr. i. Versus hi sunt Cæcilii trunca qnædam ex Mænandro decerpta & consarciuantis uerba tragici tumoris.

Sarcinatrix mulier quæ uestes suit.

Sarcio. is. ui. itum. & sarxi sarctuz significat integꝛ facio. Vnde sarctores dicti sunt qui uestes sarciũt & Sarte recta opera publica quæ locantur: ut integra præsteuſ. Et Sarte integre. Item Sarcire cõponere Tractum a uestibus quæ dissutæ sarciunſ. ideſt compouunſ Per translationem. ponitur pro damnum soluere. Pacu. Tu damni nostri causa fuisti: tu nobis sarcito ut debes. Hiuc componitur. resarcio pro Instauro & quasi nouam formã iduco.

Sarcta recta: Vida in dictiona Sarcio dequo modo

Sargacæ: populi pomponio auctore iuxta Mæotidẽ quorum oppida Murmetion panticapheũ. Theodosia hermisium.

Sarrio. ris. iui. itum. significat sarculis fodio purgo quod fit cum segetes leniter scalpendo & rastris a noxiis hærbis purgam⁹. Plau. Semper occant priuq̃ sarriunt rustici. Ply. li. xviii. Qui sarriet caueat ne frumenti radices suffodiat. Hinc compouit Resarrio. quod est rursus sarrio. Idem. Cum hyema p̃ gelida captæ segetes essent resecuerunt resarrientes campos.

Sarculum genus rastri. hoc est crates illa dantata q̃ subtrahitur saris a sarriendo uel serendo ut inquit Var. Alii putant esse ligonem seu quam uulgus. Vãnam uocat. Hor. lib. car. Gaudentez patno findere sarculo.

Sarculo.as.ſarculo fodio.Col.lib.6. Primo plantæ ſarculari debent ita ut ſimplex ſtylꝰ altitudinẽ maximæ ſcrobis excedat.

Sartor purgator.Plau.Sator ſartorq; ſcelerũ & meſſor optime.

Sartura ipſa purgandi actio.Ply.li.xviii.Sattura nocere & uineæ & ſegeti exiſtimat.

Sarriror.pe.pro.qui ſarrit.Col.lib.2.Tritici modii quattuor uel quinq; bubulcorũ operas occupant: quattuor occatoris una.ſarritoris duas. Sarritura purgatura.

Sarcophagus pe.cor.latine carnem comedens dicit Ply.ſarcophagus lapis eſt fiſſili uena corpora defunctoꝝ condita in eo abſumi intra quadrageſimũ diẽ conſtat exceptis dentibꝰ.Ideo nomen habet a carne edenda.σάρξ.σαρκὸς.enim caro eſt φάγω comedo.Vnde conuenienter.pro ſepulchro poni conſueuit.Aug.li.xviii.ci.dei. Quia enim arca in qua mortuꝰ ponit qd omnes tam ſarcophagus uocaut σωρὸς græce dicit a noſtris pro ſepuchro uſurpatur.

Sardanapalꝰ pe.p.ultimꝰ aſſyrioꝝ rex dequo Iuſti.li.i.Fuit hic omnis generis luxuriæ dedit⁹.nec erubuit inter ſcortorum greges nere & muliebri habitu fœminas omnis laſciuia auteire.Quamobrem ĩdignati aſſyrii tali fœminæ parere duce Arbace deſciſcentes bello ſardanapalo intulerunt. Qui uictꝰ inter regiam ſe recepit & extructa pyra ſe atq; diuinas in incendiũ miſit.hic fuit a Nino trigeſimꝰ rex ut inqt.Dio.li.3.bibli.Et moriẽs cõdidit hoc epithaphiũ.Ede bibe lude.Et cum te mortalez nouerit pñtibus exple deliciis aĩum poſt mortez nulla uoluptas.De hoc Iuue.& uenet & cœnis & plumis ſardanapali.

Sardanis uir lydius qui Cræſo ſuadere conatus eſt ꝓſis bellum inferret.

Sardis tanruz pluraliter urbs lydiæ magna poſterior troianis rebus.& Croeſi regia Hor.Quid cenenna ſamos? quid cræſi regia? ſardis? Terminat aũt ntm & actm in is.productam quomodo Trallis.& ſyrtis.Ex ſardis fuere duo diodori oratores quorum iunior Strabonis amicus fuit & hiſtorias ſcripſit poemata. In ſardis eccleſia fuit una ex ſeprez aſiæ quarum Ioãnes meminit.

Sardinia inſula in.Tyrrhẽo ſeu liguſtico mari.a Sardo herculis filio ſicut.Stra.& Solinus ſcribũt qui e libya ueniens cum multitudine colonoruz inſulam occupauit.cum antea Sandaliotis appellaret ab effigie ſolex quam græci ſandalion uocant & Ichnuſa a ſimilitudine ueſtigii quod græce dicit. Ichnos huius latitudo eſt miliuz paſſuũ.lxxxviii Longitudo.cco.q̃q̃ alti ſtadia multa adiiciãt.Mirum in ea inſula neq; lupum gigni.neq; ſerpentez reperiri habet ciuitates multas ſed omniũ ꝑclariſſima Calaris eſt ubi coraliomm piſcatio eſt. Inqua diui Aug.patris mei oſſa tandiu conquieuet quo ad ab helitprando rege papiaz tranſlata ſunt.hæc ciuitas Iole a priſcis appellabitur a Iole illa quaz hercules perditiſſime amauit.inſulam pœni occupauere ſed a romanis expulſi tandem primo bello punico amiſere.A ſardinia Sardus ſardous & ſardinenſis adiectiua fiunt.

Sardinenſes qui ſardiniam incolunt ut ibi negocient.

Sardi.indigenæ qui inſardinia nati ſuut.

Sardous.a.um.poſſeſſiuũ.Ouid.li.iii.faſ.Sardoaq; regna ſiniſtris reſpicit aremiſ.

Sardoa herba a piaſtro ſimilis quæ naſcit in ſardinia & infontium defluuiis largius prouenit ea ſi quis ueſcat neruos contrahit & rictu diducit ora. ut qui moriuntur ueluti ridentium facie itereant.

Sardonyx ſardonychis pe.cor.ſicut onyx onychis a quo componitur tam maſ.q̃ fœ.generis.Componitur enim ex ſardo.qui lapis fuit & ſardinia primum compertus coloris rubei.& onyx gẽma cui ẽ candor ſub candidus nuguis humani ſimilitudine quaſi utriuſq; colorem obtineat. Iuue.In manibꝰ denſi radiant teſtudine tota ſardonyches. perſius. fœ.genere dixit.Et natalicia tandem cum ſardonyche albus.Dicit.& Sardonychus & Sarda.Iuu. Arguit iꝑorum quos Iſa liuguaq; princeps ſardonychus Ply.Ediuerſo ad hæc ſaida utiliſſima quæ nomen cum ſardonyche cõmunicauit ipa gemma uulgaris & primum a ſardibus reperta.Ptolomæꝰ ſardouychen a ſardonyche indiæ monte deriuari ſcribit.

Sardonychatus ſardonyche ornatus. Mar. Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

Sardo.as.antiqui pro intelligo uſurpabant.Nenius Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

Sarepta:urbs ſydoniomm ubi diuiuus uates helias e ſurientem uiduam miraculo pauiſſe credit. Hic Sareptanus.a.um.Sydonius.Vina mihi non ſũt gazetica chia phalerna quæq; ſareptano palmite miſa bibas.

Sarmenta t uirgulæ uitium ſuperuacuæ abſciſſæ. Inde Sarmentitius.a.um.quod eſt ex materia ſarmentorum.Col.lib.vii.Verum uulnera eius ſarmẽtitio cinere linenda ſunt.

Sarmentꝰ nomen niſi propriũ q ſcurrilitate claruit.

Sarmatæ:populi ſcythiæ iuxta danubiũ in mæoricã paludem uergentes qui a græcis ſauromatæ dicũtur & regio eorum ſarmatia dſ Ply.li.iiii. Sauromatas gentes ſcythaꝝ græci uocant quas ſarmatas romũ dũt.Dicti Sauromatæ ab oculis lacertaꝝ σαῦρος.n.lacerta ẽ ὄμμα oculus.Vtuntur plaſtris pro domibus.paſcunturq; lacte equo. Vnde q̃dam eos ἱππομόλγους.hoc eſt equoꝝ mulſores.Alii γαλακτοφάγους. ideſt lactiphagoſ uocant.A Sarmatia ſit Sarmaris.idis.Ouidi. Tereat haud mẽs ſarmatis ũbra meos ſ(ſit duæ ſarmatiæ ſecũdũ Ptol.quaꝝ una ẽ i Europa q̃ ut li.3 ſcribit ſeptẽtrione oceão termiat ab occaſu pte germaniæ a meridiæ lazigibus metanaſtis. In ea eſt Olibã quã nunc ruſſiam & tartariam eſſe credide runt. Altera ſarmatia eſt in aſia ut idem.li.5.refert quæ a ſeptentrione terra in cognita terminat ab occaſu ſarmaria europæ & Tanai fluuio.In ea ſunt Cauſii montes.

Sariſſa haſta ꝓlonga.Liui.li.27.Prælongas haſtas macedones ſariſtas uocant Suidas. σάρισσα ẽi

δοσ ἀκοντίου ἁλλομένου λέγει μακρὸν πᾶ
ρὰ μακεδόσι

Saronicus sinus est contra corinthiacum suñ habẽs nomen a saron quod qnærcum sigt apd gcos qa olim redimitum erat quærcubus.

Sarpa:ninea putata . Nam sarpere antiqui pro purgare nsurpabant.

Sarpedon.pe.pro.rex lyciæ qui troiãis aduersꝰ græcos tulit auxilium.

Sartæ populi sunt europæ:scythiæ conterminl q nt Pompo.ait ob sæua hyemis admodũ assiduæ demersis in humum sedibꝰ.specus aut suffosa hitant totum brachati corpus nisi qua uidẽt ẽt ora uestiti

Sartago.patella inqua caro frigit'a σαρξ quæ caro est nomen assumpsi latine frixorũ dicit'.ab ipo frixationis sono. quia crepitum confusum instructu emittit.Hiero.in libi Macc. Iussit ignem admoueri & adhuc spirantem torreri in sartagine. Apd antiquos etiam ad alios usus adhibebatur.

Sarsina uetus ciuitas in æmylia exqua Plautus poeta comicus ortus est.

Sason.onis pe.pro.Fluuiꝰ de quo Syirius. Adriaci fugite in fanitas sasonis arenas. et alibi expanit sonitus tremefacto littore sason.

Sathanas interpretat'aduersarius. Quo nomine appellatus est diabolus q christi aduersariꝰ sit. Quicquid enim animæ ad deum tendenti resistit & aduersatur:& quicquid paci contrarium est hoc sathanas esse nominat'. Sicut legit'in regnoꝝ libris quia insscitauit deus Salomoni sathanam aduersꝰ eum qui erat pacificus i

Satarchæ populi in Scythia qui ut solinus refert damnato auri & argenti usu se apublica auaricia ab/

Satis aduerbium & p apocopen. Sat.si (dicarũt. gnificat abunde quantum opus est. Cic.li.artis ueteris. Longum est quod plurib⁹ sententiis ultra q̃ satis est producit'. Aliquando ponit' loco nominis.ut saris eloquentiæ habeo. Sic etiam nomina pro aduerbiis ponuntur.ut Sponte sua i mane nouũ. Et cũ saris significet quantitatem. Satius tamen comparatiuũ qualitatem denotat quia dctiuatiuũ non semper seruat sensum .primitiur. Vir. Non ne fuit satius tristis amarillydis itas atq; supba pati fastidia?ideſt melius.

Satin pro satine? Ter Satin sana es?

Satis accipio dictum est eodem modo.quo & satisfacio. Vnde & Satis acceptio q̃ est ut Pompo.inquit stipulatio quæ ita obligat promissorez ut ex promissores quoq; ab eo accipiantur ideſt qui idẽ promittant.

Sarago.is.pe.cor.ex sat.& ago compositus uidetur Vnde sategi p'm & satactum supinum facit. Et ẽ satagere anxium esse.& quod uulgo dicit' saris habeo quod agam. Ter.in heau. Nam hic clinia & si is quoq; suarũ rerũ satagit at tamen hẽt unde & pudice eductam ignaram artis meretriciæ. Aliqnãdo significat diligentem esse.seu festinare. Plau.in asi. Nunc satagit addncit domum ei ultro.& scribit nũmos: Aliquando Inniti :ut in hymno. Magne pater Augustine pces nostras susci pe:& p eas conditori nos placare satagæ.

Stratagytæ.populi i asia scythica:ut libt.iiii.testatur herodotus.

Satisdo.is.significat fide iubeo promittto per nas sine fidem meã pignori do & re ipsa certifico. Cice. Sulpitio primum ut siquid satisdandum erit amplius eo nomine peri cutes ut satis det fide mei. Cains Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei cuius desyderium implemus.ita satisdare dicimur aduersario nostro aliquem dare qui pro eo quod a nobis petitur.ita caueatur eum hoc noie secuꝝ faciam⁹

Satisfacio tantum facio:quantum satis sit irato ad uindictam inqnit Asco. Et constituitur cum dtõ. Sed cum pro punio ponitur actũ postulat. Ci.ad heren. Non conuenit censores illum satisfacere.ex eo q̃ ait se non potuisse ita adesse ut iurat⁹ fuerat.

Satis præsto.as.idem est quod satisdo.

Satio.as.a sat deduci uidetur.& saturo seu expleo significat pertinetq; ad omnes sensus & frequenter ad animum. Ci.in Cato. Satiari delectatione non possum ut meæ senectutis requiem oblectamẽtũq; noscat. Ad corpus usus est Col.li.9. Satiatq; semodius cibi i dieb⁹ singulis uicenos & centenos turtures. Hinc componitur. Exatio. Satiabilis qui satiari potest facile.cuius contrarium est Insatiabilis. Sal. Auaritia insatiabilis est:neq; copia neq; i opia minuitur.

Satietas plærumq; pro fastidio sumitur. Ci.in cato Oio ut mihi quidem uidet' studioꝝ omnium satietas facit uitæ satietatem. Dicit'& satias pro satietas. Ter.in eu. Ex meo propinquo tute hoc capio cõmodi:neq; agri:neq; urbis odium me unq̃ percipit. Vbi satias cœpit fieri:cõmuto locũ. Sal. Hi salubus occupatis externoꝝ agros inuasit frumentiq; ex inopia graui satias facta.

Satur.a.um.quod est cibo plenum. Ter.in ecy.sed tu cum satura atq; ebria eris puer ut sit satur facito sumitur interdum pro fœcundo & abundante.persius. Nec rus saturum laudere. Virg.lib.2. Ge salsus & saturi petito longinqua tarenti. Vbi Ser.saturi.aut fœcundi aut quod est iuxta oppidum saturum. Tarentum enim & saturum uicina sunt calabriæ ciuitates.

Saturo.as.penul.cor.sicut satio capit'& similiter ad omnes sensus pertinet. Ci. I racundiam meam saturata tuo sanguine. Nonius. Expleri & saturari hanc habent differentiam. Expleri est tantum modo plenũ esse saturari supra modum. Ci.li.6.de rep.grames enim dñæ cogitationum libidines infinita q̃dã cogunt atq; imperãt quæq; expleri atq; saturari nullo modo possunt. Huius composita sunt. Exaturo quod est perfecte saturo. Apul. sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo. Obsaturo d quo alibi. hinc Saturitas pro satietate. Plau i cap. Proin tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. Quãdoq; pro fœcunditate. Ci.i cato. Neq; solum officio q̃ hominum generi uniuersorũ cultura agroꝝ est salutaris sed etiã delectatione quaꝝ dixi & saturitate copiaq; rerum omnium quæ ad/

uſtum hominum & ad cultum ẽt deorũ ptinent.
Satulo.as.idem quod ſaturo Var. Neq; in puluere mitico coquũ carnes quibus ſatulem corpora & ſamem uentris.
Saturnuſ.a.poetis fingiť deus q̃ finis ſaturet.uel qa ſe in deuorandis filiis ſaturauit Ex ſe enim natoa comediſſe fingiť.quia conſumit ætas tempoꝝ ſpatia finiſq; pſis inſatiabiliter explet.Ouid. Tempus edax rerũ tuq; inuidioſa uetuſtas oia deſtruitis uitaq; dẽtib⁹ ẋui paulatim nigra cõſumitis omnia.morte. Vnde a græcis cronos dicitur quod tempus deſignat. Alii pĥi interptantur ſaturnũ cronou uelut a ſatietate intellectus eo q̃ græce ſacietas cros intellectus uero ſiue mens νοῦς dicitur.ut ſit nomen compoſitum ſaturnus. ex prima parte latina & poſteriore græca ipſa ſacietas mẽtis Sunt qui ſaturnum a ſatu dedacant quoniam periam ruris & ſatorum omnium primus edocuiſſe ferť.Quidam a uerbo quod græci dicunt σάτμ quo uirilia ſigtur q̃ patris pudenda abſcidiſſe stq; in marc proiecciſſe dicit.unde Venerem procreatã ferunt quæ a ſuma unde coaluit aphrodites nomẽ accepit. Hinc Saturnius.a.um ut Iuno ſaturnia q̃ fuit filia ſaturni. Verſus quoq; quos olim ſaũ na teſq; canebãt ſaturnios antiq noiabãt ut ait Var.
Saturnia ſbm nomen regionis & nomen oppidi. Virg. Ianiculum hinc illi fuerat ſaturnia nomen. editoria etiam loca ut. Diod. ſcribit ſaturnia dici eõſueuerũt. poſſedippus ãt poeta i epigrãmatiſ ſcribit lyſippũ ita feciſſe iter alia q̃ ſcribit hẽtũ ſaturni Τίτωλὸν ἀπ' ἄκρα ῥίφαντα δειροχάυτὶν ἀετὸς ποσὶν ἕχας λιφυῆσι πλαμὺπαγίμιος χερὶ δὲ ξίφιτιξῦ τιφίρεις ξυρὸν & ſubdit ἐν δὲ νόμιτι κἠτ' ὄψιν ὑπαντιάσαντι λαρίσθαι γὰια τὰ ξόωιλίνε πρὸς τὶ φαλακρὰ πέλας.
Saturnalia.oꝝ.feſta ſeptem ſeu quinq; dierum mẽſe decembri ſaturno dicata eranq; plen. lætitiæ inq; bus romani.ſynthelin ueſtem ſinuebant. Dies quoq; quibus munera ultro citroq; mitti remittiq; ſolebant. Saturnalia ſeu ſaturnalicia dicebanť. Sne. in Aug. ſaturnalibus & ſi quando alias libuiſſet modo munera diuidebat modo nũmos oĩs noræ.
Saturnalicius.a.uz.quod ad ſaturnalia ptinet. Mar. Saturnaliciæ ligulã miſiſſe ſolibræ.
Saturea hærba fragrantis odoris qnæ & Cunila dicitur & Origanum heracleoticum a ſaturo dicta q̃ nullum fere condimentum ſine ea fiebat pp quod ſaturitatẽ inducere uidebatur. Col. Et ſatura thymi referens tymbræq; ſaporẽ. Alii tymbram uocant. Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta. Vnde ex græco ut quidam uolunt nomen ſibi uendicauit quaſi ſatyrea ut ſatyri i uenerẽ pni & ſalaces
Saturum urbs calabriæ fuit non longe a Tarento. Vnde Saturianus.a.um poſſeſſiuum. Hor. Meſaturiano uectari rure caballo. Quidam etiaz Satyrũ ſcribunt. Vnde & nõnulli. agrum inquo Tarentũ conditũ eſt Satyraz uocari affirmant.
Satelles miles mercede conductus ut ab imperatoris latere non diſcedat. Et Satelles qui ſontib⁹ ca piendis pẽſt: qui & Apparitor dicitur.
Satellitium ipſa ſatellitum actio. Augu. libro quito cõ. Procuraui aliam non utiq; coniugem qno ran q̃ ſuſtentaretur & produceretur uel integer uel auctior morb⁹ animæ meæ ſatellitio perdurantis cõ ſuetudinis in regnum uxorium.
Satrapa.pen.cor. dictio perſica. & apud nos ſignificat pfectũ Suidas σατραπεία ὑπαρχία σατράπης δὲ σατράπου ἐδείου ἀξιώματος
Satyri dicti ſunt q̃ in libidinem ſemper proni ſint. a uirili membro quod tetetes græci σάτμ appellabant. Hi ſunt ut Ply. li. v. ait animalia quadrupedia in ſubſolanis indorum montibus perniciſſima humana effigie tecte currentia. Veteres huiuſmõi monſtra pro ſylueſtribus diis coluerunt. Vii Hier. Vidit homunculum inquit ad unciſ naribus & ſũte cornibus aſpera cui extrema corporis in caprarũ pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis cum quiſnam eſſet interrogaſſet Antonius reſpondiſſe fertur. Mortalis ego ſuz un⁹ ex accolis eremi quoſ uano errore deluſa gentilitas ſaunos ſatyroſq; & ĩcubos appellat.
Satyriaſis pulſus teſtium & uelut ſingultus quidam inguinis ſequens inflãmatam quandam paſſionẽ ſeminalis receptaculi. cum intentione & tẽrigine. Quod ſi non ceſſauerit pulſus i ille ſolent ſeminis receptacula intendi uel ſpaſmus naſci. Qui morb⁹ etiam Priapiſmos dicitur.
Satyrion hærba ſolius ĩlii rubri aliquanq; minoribus ſtribus non amplius a terra exeuntibus. caule læui cubitali nodo radice gemina. hãc arabice chaſtalce uocant. orchis græce quæ nox teſticulum denotat latine uulpis teſticulus uel lepotina.
Satyriacum ſignũ ſimulachrũ priapi quod in hortis apud antiquos ponebať Pliny. lib. ix. Eſt & teligio quædam hortoſq; & ſera tantũ contra inuidẽtium effaſcinationem dicari uidemus. In remedio ſatyriaca ſigna.
Satyrum. Vide indictione Saturũ.
Saryria. auis. cornus. L. Florus. Cum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbato iter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterum pontino agro cum in ſimili pugna latius inſidente galeæ ſatyria alite adiutus. Inde Comini. Satyria etiam apud latinos cibarium confuſaneũ dicituri ueluti cinꝰ exuanis rebus compoſitus.
Satyra.pe.cor. q̃ſi ſatura dici uſ ob carminia uarietatem: ſeu pp copiam rerum quæ ibi tractanť. Eſt enim ſatyra carmen maledicum & ad carpenda uitia compoſitum quale ſcripſerunt. Lucil. Horatius Iuuenalis dĩus. Accepit enim id carminis hunc titulum q̃ perſonia factiſq; faciatum abundatire uideatur. Quidam a ſatyra lance quæ refecta multis uariiſq; primitiis in ſacrificiis diis offerebatur. Alii a lege ſatyra dictam exiſtimant quæ uno rogatu multa ſimul comptobat. Dequa lege Sal. ĩ Iug. Deinde quaſi per ſatyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipiť. Var. aquodam farcimi nis genere qđ multis rebus reficiebaťi dictam ſatyram eſſe ſcribit. Vnde in. x. li. plautinarũ q̃ſtionuz

habetur ſatyra eſt una paſſa & polenta & nuclei pi nei ex muſto conſpſi. Sunt qui a ſatyris deriuent. q̄ in hoc genere carminis res ridiculæ pudēdæq̄ ſcribunt quemadmodum proferri a ſatyris ſolent. Do. in Ter. Deinde aliud genus fabulæ ideſt ſaty ra ſumpſit exordium quæ a ſatyris quos illotos ſē per ac petulantes eſſe legimus uocitata eſt. Poteſt etiam dici ſatyram ideo uocatam. q̄ in antiqua ſa tyra introducebant ſatyrorum perſonæ. aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles ſatyris. Duo quippe ſatyra/ rum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius qd ſola carminum uarietate conſtabat. Alterum recen tius apertam hominum teptæhenſionem continēs Hinc Satyrus. & Satyricus pro eo qui ſatyraꝫ ſcri pſit. Satyrice aduerbium ſignificat acriter cum cō/

Satus. a. um. a ſero is fit pro ſemino. Vñ (uicio. etiam a Virgilio ponitur pro genitus.

Satus. us & Satio. onis ipſum ſerendi actum deno/ tant. Plan. lib. xvii. Qua propter de talearum ſatu. nunc dicendum ideſt plantatione. Quandoq̄ etiā ſatus ſemen dicit.

Satyrorum inſulæ ſunt tres contra Indiam extra gā gem ſitæ ſicuti. Ptol. li. vii. ſcribit. Qui habitāt cau das hſe dicunt quales ſatyris pinguntſ.

Satum ager inquo ſemen eſt. ut Hiero. in ll. Iudith. Et ſatum eodem auctore gen⁹ menſuræ iuſta mo tem prouinciæ palæſtinæ unum & dimidium mo dium capiens. In Geneſi tamen non tanta capit ſūma ubi ſcriptum eſt. Accelera tria ſata ſimilæ cōmeſce & fac ſubcinericios panes.

Satiuus. a. um quod ſeminat: uel quod idoneum eſt ut ſaminat. Gel. Sed hi plæraſq̄ naues locris ſue/ bant græci magna canabo & ſtuppa cæteriſq̄ ſatti uis rebus.

Saucius. a. um. nomen quod naſcit a participio ſan ciatus quo modo laſſus a laſſatus. & lacerus uel la cera a laceratus. Et eſt ſaucius unlneratus. Virgil. Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram taurus.

Teloneum. pe. cor. græce τελώνιον mensa publicanorum ubi uectigal exigit.

Telonarii. ſiue Teloneæ publicani & tributorum collectores.

Telonē. agricolæ nocant lignum longum quo utunt ad aquam e puteis hauriendam.

Telegonus nomen proprium uiri: qđ latine ſignificat nouiſſimo loco natum. Vnde pro humili & inglorio ponit. fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe: qui patrem interfecit poſtea piſcis illius qui xiphia dicitur qđ eſt inſtar laminæ magni enſis ut ſcribit Oppianus de piſcibus qđ genus enſis a matre accepit.

Telum dici omne qđ manu laci poteſt: quo nomine lapis lignum plumbum ferrum continet. Dictum ab eo q; in longinquum mittat. Nam apud græcos τηλοῦ ſiue τηλόθι longe ſignificat. Virgil. proiecto gladio poſuit. At non hoc telum mea qđ ui dextera tentat euitat elidet.

Tellus. uris. terræ dea eſt. Terra uero elementū ipſum quis & pro ipſa tota accipitur. a tolerando ſiue tollendo dicta q; eius fuſius tollamus.

Tellus telli nomen uiri proprium quem Solon. Croeſo beatiorem putauit.

Telemachus. Vlyſſis ex Penelope filius.

Telectus. nomen ꝓpriū regis Laconiæ.

Telephus fuit Herculis filius ex Augenympha. Qui poſtea i lycia impauit. Etiā multi alii fuerūt ut otiē dit Suidas dicēs Τήλεφος ἐν πρεσβυτέροις δὲ ἴσως τίνες καὶ τήλεφος πέντε ἀνδρῶν τοῦτο δὲ πολλαχοῦ γέγραφε.

Temerarius dicit non qui plus audet q; oportet: ſed qui facile nullo adhibito conſilio credit. Ouid. Vtinam temeraria dicat carminibus falſis in ſimulaſſe uirum. Ite Temerarius metuendus. Plau. Sed quid ego picus ulmum tundit. Haud temerarium eſt. Item audax. Vnde & Temeritas & Temeritudo. Pacu. Egon tyranni non noui temeritudinem.

Temere aduerbium ſignificat male ſtulte in conſulte. Vide inquit Terne quid temere agas. Hiero. Melius tamen deo committimus q; aliquid temere definire uelimus auctoritate noſtra qđ non probamus. Quidam etiam uſurpant pro fere. Quintil. Illud ingenioq; uelut pecōr genus non temere unq; peruenit ad frugē. Et Temere ſignificat ſine cauſa. Ter. Haud temere.

Temero. as penultima correpta. ſcelero corrumpo cōtamino. Ambro. Ne temeratæ uirginitatis adnotetur infamia. Idem. Quia nullius adhuc reſurgentis fuerat temerata ueſtigio. Vnde Intemeratus integer incorruptus inuiolatus. Idem. Nam ſi intemerata quæ ſumpſimus indumenta ſeruemus plagas latronum ſentire nō poſſumus. Virgilius. Intemerata fides.

Temetum. apud Horatiū. penul. product. Apud Iuuenalem corripit accipitq; pro uino dictum q; temtet hoc eſt labefactet mentem. Virgil. Tennesq; lagæos tentatura pedes olim uincturaq; linguam. Hinc Temulentus uinolentus ebrioſus. Temulentia ebrioſitas. Plynius libro. xiiii. Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare ut ſcirent an temetum olerent. Hoc tum uino nomen erat. Vnde & temulentia appellata. Per contrarium Abſtemius ſobrius.

Temno. is. pſi. ptum. ſperno. a τέμνω qđ incido reſecoq; ſignificat. qū quæ ſpernim⁹ amputare & reſecare conſuenimus. Virg: Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere diuos. Hinc Cōtemno.

Temo. temonis. a tenendo dicit. Eſt enim qui continet iugum.

Tempe. neutro genere & numero plurali. ꝓprie theſſaliæ loca quinq; milliū paſſ. longitudine & ferme ſex latitudine pulcherrim⁹ ager amœnus graminet refertus arbonibus: canorus auium concentu: iugis dextra leuaq; leniter ſeſe tollentibus: media interlabitur peneus amnis: cuius ripas arbores ueſtiūt. Ouidius. libro primo me. Eſt nemus hæmoniæ prærupta qđundiq; claudit ſylua uocant tempe per quæ

pennus ab imo effusus pindo spumosis volutans
Sunt & Tempe in boetia quæ Temessia dicta
testimonio monte boeotiæ & ab Ouidio Cygnea dicta. Sunt in sicilia a nomine amnis Helorias. Abu
sive quælibet loca amœna memorat præsertim atq
aquas habentia tempe nocamus. Virg. li. ii. Ge. Sp
lucæ uiuiq; iacens ac frigida tempe.
Tempero. as. significat ē suo ordine ac mēsura ad mi
nistro: Cicin tus. iiii. Rem uero publicam nostri ma
iores certe melioribus temperauerunt & institutis &
legibus. Vnde dicimus: Temperare unum abhibita
aqua. Temperare iram sedato animo. Temperare ferux
flāmis & ictibus. Temperamus stylum calamum
appetitus & huiusmodi. Hiero. Sic natationis sty
lum temperabo: ut non alia dudum q̄ quæ aut scri
pta sunt: aut consequenter scribi potuerūt. Et in ec
clesiastico inquit Calamū temperaui. Aug. Duo sunt
abstinentiæ & crucis genera. Vnum corporale aliud
spirituale. Vnum a potu atq; epulis temperare ap
petitum gulæ. Huius composita sunt. A tempero. qđ
est iuxta tempero seu concordo. Hiero. Prudēs lector
cauē semper superstitiosam intelligentiam: ut non
tuo sensu at tempores scripturas. sed scriptuis iungas
sentuz tuū. Obtempero obedio.
Temperantia. ē qđ tempantum. Idē Ferrum ambigine
uindicat cerussa & gypso & liquida pice. Hæc ē tē
peratura a græcis Antipathia dicta.
Temperantia: ut Cicli artis ueteris ait. Est rationis in
libidinē atq; in alios nō rectos impetus animi firmā
& moderata dominatio. Aug. lib. primo de li. arbi. Tempantia ē affectio coherēs & cohibēs appeti
tum ab his rebus quæ turpiter appetuntur. Huius par
tes Continentia. Clementia. Modestia. Temperan
tia inquit Sen. uoluptatib⁹ imperat: alias odit atq;
abigit: alias dispensat & ad sanum modū redigit.
Græce σωφροσύνη & tēperans σωφρων.
Temperies: Temperamentū. Plyn. Iunior. In quo salu
berrima est aeris temperies: pro hac quandoq; tempe
raturam ponimus. Varro. Quæro utrū hoc aduxe
rit coeli temperatura an terra bonitas? Quandoq;
temperies dicit. Temperantia. Stati. ii. Syl. Tran
quillaq; mox tēperies. Quandoq; tēporis accōmo
ditas ad ali qđ agēdū. Plyn. Sic iudicat anni tempo
ries alibi tardius: alibi maturius.
Tempus. ut Varro scribit est inequalium mōtus &
tus diuisum in partis aliquot ab solis & lunæ cursu
a quoꝝ tenore temperato tēpus dictū ē. Tria uero
sunt tpa. p̄sens. p̄teritū & futurū. Alii mando tēpus
ponit pro temporis conditione. Cic. Omores ac tē
pora. Et tempus pars capitis est. Habet enim caput
duo tēpora unū a dextra: alterū a sinistra. Sic dicta
quia anni in eis cognoscant. Virg. libro. v. xne. In
poribus geminis canebat spīa senectus. Nam pri
mo tēpora canescunt: eam uoq; magna diuturnita
te temporis. Columella libro septimo. Decimo tan
men anno tempora canari incipiunt: superciba nō
nūq; canescere & dentes prominere. Scis deos esse q
cū dicimus, p tēpore aduerbialiter significat pro ra
tione tpis. Cū tpe cū mora & spatio tpis. In tempore
Opportune. Ex tpe subito quasi extra tpis commo
diratem.
Tēpori⁹. aduerbiū deductū a tēpori aduerbio. qđ si
gnificat opportune tēpestiue. Col. li. ix. Esca bis di
uidēda ut & mane nō primus a cubili lati⁹ exagenti
& ante crepusculū pp cibū spem tēporius ad offici
nam redeant. Ouid. lib. iiii. me. Modo surgis eoꝝ
tēpori⁹ cœlo. mō serius incidis undis.
Temporarius. a. um. qđ nō est ppetuū sed ad tps du
rans. Vñ legimus Scaurz olim fecisse in ædilitate
theatrum tporarium. i. tam diu duraturum donec
spectacula peragerent. Plyni⁹ libro. xvi. Nec terræ
tā natura circa has refert aut perpetua cœli: uetu
& quædam tēporaria uis imbrium. Tēporariū etiā
dicit qđ ad tēpus pertinet. Vnde extēporariū pro
subitario capit. ut oīo extēporaria. i. subitaria & in
pmeditata. Tēporarie significat ad tps.
Tēporaneus. a. um. qđ ad tēpus p̄tinet siue qđ subito
& in tēpore fit. Hiero in deutro. Dabit pluuiā terræ
uestræ tēporaneam & serotinam. ut colligatis fru
mentum. i. secundū tēporis exigentiam. Vnde Ex
tēporaneū pro subitario ac impmeditato. Contem
poraneum quod est eiusdem temporis & græce syn
chronium dr.
Temporale qđ ad tempus durat. Opponitur enim
æterno. Leo pap. Intelligite dilectissimi quēadmo
dum sit nouū ac uetus: temporale & æternū: Corru
ptibile & incorruptibile mortale immortale pascha
le mysterium: Interdum dr qđ ad tempus fit. Vnde
dicimus extēporalem oīonē ipmeditatam. Tem
poraliter ad tēpus. Extēporaliter ipmeditate. Sue.
de Tito. Latinæ græcæq; linguæ uel iocando: uel ī
fingendis poematibus: & facilis ad extemporalita
tem hīsq.
Tēpestas modo significat ipsum tēpus. Sal. in Iug.
Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures
noui & ignobiles. Modo tranquillū & serenū tēpus
Virg. Vnde hæc tam clara repente tēpestas? Modo
procellam. Plyn. Hūc diē festū tēpestatibus leniendis
fert institutū. Idē Tēpestates nōcamus in quibus
grādines procellæ cæteraq; similia intelligunt: quæ
cū acciderint uis maior appellat.
Tēpestuosum. procellosum. Gel. Mare fauū ac tempe
stuosum erat.
Tempestiu⁹. a. um. opportunum & qđ suo tempore
fit. Virgil. libro primo. Geo. Aut tēpestiuam syluis
dimittere pnū. Hinc Tēpestiuitas pro opportunita
te. Tempestiue opportune. & suo tēpore: quorum
cōtraria sunt Intempestiuus: & intempestiue. Vnde
Cicero nos admonet iracamur aduersus eos q nos.
Intempestiue adeūt.
Tēpestiu⁹. a. um. tēpestiu⁹ & itēpestiu⁹. p intempestiu⁹. Vi
nox itempesta q minime tēpestiua sit nō⁹ agēdis.
Templū ppie loc⁹ uel i cœlo notatus ab augure. uel in
terra a tuēdo. i. cōspiciēdo: dictū q ex oi parte ex
quo ois ps aspici posset. Prio ait cœlū ipm dictū ē
templū. qa ipm primo tuemur. Enn: Cōtremuit templū
magnum iouis altitonantis. Eius p̄tes quatuor esse
dicuntur. Sinistra ab oriente. Dextra ab occasu.

Antica ad meridiem. Postica ad septentrionem. In terris aũt dictũ templum q̃ quibusdam conceptis nerbis ab augure finiebat: unde tueri quãcunq; cœli partem commode posset. Hinc Contemplo sine contemplor pro diligenter intueor. In hoc tẽplo per augures constituto senatusconsultum fiebat. Et nisi in eo fieret: non erat iustum. Ab hoc templo nõ solũ ædes sacræ: sed & alia loca septa & unũ tm̃ introitũ habentia dici templa cœpere. Quippe curia hostilia templum erat licet sacra non esset. Item tẽplum nocatur Tignum qđ in ædificio transuersum supra canterios ponit ut inquit Festus. Vitr. li. v. Et canterii pminẽtes ad extremam suggrũdationẽ: supra canterios templa. Item. Sepulchrũ dicit tẽplũ. Virg. li. iiii. Præterea fuit in tectis de marmore templum coniugis antiqui. A templum fit aduerbium Extemplo.

Tempsa fuit ciuitas brutioꝝ.

Tenasmꝰ. & Tenesmus. Gręce Τενεσμος cum frequens ẽ sed irrita desidendi deiectiõdiq; cupiditas cũ inflãmatione ac tumore sedis mucosa & sanguinolenta quædam egerentis.

Tendo. is. tetẽdi tẽsum & tentũ. quasi tenne do. Est. n. tẽdere extẽdere. q̃d uero extẽdit attenuat. Virg. Tẽdunt uela noti. Sal. Manus supplices ad cœlũ tẽdere. Hiero. ad Iuli. Et arbitraris senem diu posse uiuere cuius ut ætas longa tendit. Per translationem sumitur interdum pro insidiari: q̃ in hoc laqueos extendere solemus. Ter. in phor. Quia nec rẽte ac cipitri tẽdit: nec milno. Interdũ p Conari. Virg. Ille simul manibus tẽdit diuellere nodos. Interdum pro tentoria ponere & habitare. Val. max. li. ii. Ne quis eoꝝ intra castra tenderet. Virg. Hic dolopum manus hic sæuus tẽdebat Achilles. Extendũt. n. tentoria dũ ponunt. Interdũ pro offerre qđ pro tendo manus fieri solet. Idem. Patriq; patri tendebat iulum. Interdũ p Pergere. & nos ambulãdo iter uidemur extendere. ut Per tot discrimina rerꝰ tẽdimꝰ in latium. Interdum pro Ponere. Sal. Interea romæ multa simul moliri consuli insidias tẽdere. Huiꝰ cõ posita sunt Attẽdo. Contẽdo: Circontẽdo. Ply. Circontẽdit rẽtia & omnis occupat saltus. Distendo. Extẽdo extra seu ultra tẽdo. Lact. li. iiii. Extendit ergo in passione manus suas. Col. li. v. Quare cuꝫ ad summum palum recta utis extẽta est capistro constringit. Intẽdo. Obtẽdo. Oztẽdo. Pertẽdo. Portendo. & Subtẽdo. qđ est decipiẽdi gratia subdo aliquid aut machinor. Sal. Dũ subtẽdit insidias militi

Tendicula. æ. laqueus ẽ quẽ auibus siue feris tẽdimꝰ.

Tẽtigo. pe. p. pruritus libidinis quo uirilia extẽduntur ut illud in Priap. Turpe quidẽ dictu sed si tẽtigine rumpar. Falce mihi posita fiet amica manus.

Tentipellium. gris calciamẽti ferratum quo pelles extenduntur.

Tentorium: tabernaculum. q̃ ibi uela aut aliquid uelorum tẽduntur: uel ipsa potius uelamẽta contra iniuriam cœli.

Tentum accipit p membro uirili. Catul. Grandia tentemedii tẽta uorare uiri.

Teneo. es. tenui. tẽtum. appẽdo detineo. Virg. Nec te teneo. nec dicta refello. Per translationem tenere capitur pro habitare possidere. Idẽ li. iiii. Ge. Quæ gurgitis huius ima tenẽs. Aliquando p Cõstringere. Idem. Texendæ sepes etiam & pecus omne tendum. Aliquando pro Tergere. Idem. Et obducto late tenet omnia limo. Aliquando pro dirigere Idem. Sed uos qui tandem quibus aut uenistis aboris. Quoue tenetis iter? Aliquando pro intelligere Ter. Rem tenes. Aliquando pro morari. Virgilius Hunc phœnissa tenet Dido. Aliquando pro implere perficere. Idẽ. Ni teneant cursus. Et tenere seruare tueri. Cæsar cõ. iiii. Sabinus ideo omnibus rebus loco castris se se tenebat. Idem. Eo absente qui summam imperii teneret. i. haberet administraret. Virg. Capitolia alta tenebat. i. defendebat. Vnde econtrario Victos loco motos dicimus. Cic. Loco ille motus est. Item Teneri est obligari: ut si quis furetur rem sacram de prophano teneri ne furti: an sacrilegii. Item Tenere est possidere occupare. Sal. in Iug. Forte apud illũ quem inhonesta & perniciosa libido tenet potẽtiæ paucorum decus atq; libertatem suam gratificari. Huius composita sunt. Abstineo Attineo. Contineo. detineo. distineo. obtineo. pertineo. retineo. & sustineo. quæ habent ti. sylla labam correptam.

Tento. as. quidam a Tendo quidam a Teneo deducunt. Tendo autem tentum. Vnde Tentigo & Tẽtorium. Et sic qui tentat quasi manum tendit aut aliam corporis partem in id quod experiri uult & exquirere. Qui autem a Teneo deriuant. Hac ratione ducunt. q̃ tentare experiri sit. ut inquirere & uerbo uel re quasi manu tenere. Col. li. ix. Sæpius digitis loca fœminæ tẽtanda sunt. Nã impromptu gerunt oua quibus iam partus appropinquat. Cic. in parad. Tentare uolui an ita dici possent ut probarent. Virg. Vix primi plia tentant. Tentare igitꝰ est rem non intellectã atq; incertam aggredi. hoc ẽ experiri uel diligenter inquirere. Tentare uero de pudicitia est cum id agitur ut aliquis fiat impudicus. Cum ergo uel a tendo uel a teneo deriuatum sit tento. constat simplici. n. scribendum esse. Et sic Tentatꝰ Tentatio. Ci. li. i. offi. Tentata res est ab omni genere hominũ. Virg. li. iiii. Tẽtanũ additus & quæ mollissima fandi tẽpora.

Tẽtamẽtum idẽ qđ tẽtatio. Virg. lib. viii. Nec prima per artẽ tẽtamẽta.

Tenax. qui retinet: ut Glutinum tenax. Aliquando dicitur parcus auarusq; Apul. Homo diues sed nimiꝫ tenax. Aliquado durus constans perseuerans Horatius. Iustum & tenacem propositi uirum. Hic Tenacior & Tenacissimus. Columella libro primo Potest etiam illiteratus dummodo tenacissimæ memoriæ rem satis commode administrare. Huius cõpositũ ẽ Pertinax ualde tenax.

Tenacia. & Tenacitas retentionẽ & pſimoniam & duritiã pseuerantiãq; significat.

Tenor accẽtus. qui tenet. i. dirigat sermonẽ. Interdũ dicitur ordo uel forma continuatio. Val. Max. libro primo. Quo minꝰ religionibus suis tenor suaq; obseruatio rediderẽt.

Tenitæ credebant esse fortiũ deæ. q tenẽdi potestatem haberent.

Tenebræ.pe.cor.ptiuatio lucis.qđ teneant.i. impediant oculos & uisum prohibeant.

Tenebricosus.a.um.qđ tenebras inducit. Tenebrosum tenebris plenum.

Tenebricor.pe.cor.tenebras facio. Aug. Accedamus ad eum ut illuminemur:non quo modo ad eũ accesserunt iudæi ut tenebrarentur. Hinc Contenebro & obtenebro cõposita. Hiero. in libro numeri. Ac cõtenebrati ascenderũt in uerticẽ montis.

Tenebresco.obscurus fio. Vnde Aug. Aer cõtenebrescat inquit.i. tenebrosus fiat.

Tenuis & hoc tenue a Teneo fieri uidetur. q quæ tenuia.sunt facile teneant. Est.n. tenue paruũ exiguũ Ci. in hotten. Fũdũ non mediocri pecunia sed etiã tenui pcipere possumus. Col. li. ii. Quo tenue linum pueniat. Potest etiam & a Tendo deduci: qm̃ quæ extendunt tenuia fiunt. Per translationẽ nõnũq̃ ponitur p paupere. & Tenuitas p paupertate. Ci. Tyronj. At possum ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.

Tenuiculus diminutiuũ. a tenui. Ci. Pæto. Tenuiculo apparatu significas balbũ fuisse cõtẽtũ.

Tenuo.as.tenuẽ subtilẽ macrum debilẽ facio siue minuo. Virg. li. iii. Ge. Ipsa aũt macie tenuant armenta uolentes. Et in hymno. Ecce iam noctis tenuat umbra. Composita sunt Attenuo & Extenuo.

Tenedos.pe.cor. insula in mari ægæo inter Mitylenem & hellespontũ contra troiam ppe Sigeum ab hostius. xx. pass. millib⁹ distat. Abest a Lesbo .cvi. millia pass. Hæc prius Leucophrys appellabatur: quam alii Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius: cõditaq̃ ex se urbe Tenedon uocauit. a qua & insula denominata ẽ. Cic. Tenem ipsum ex cuius noie tenedos noiat. Hic Tenedii dñr eius incolæ.

Tenos. insula una ex cycladibus in qua est oppidum eiusdem nois: quam ppter aquaꝝ abũdantiã Aristoteles Hydrussam appellatã dicit. Aliq Ophiussam

Tenus. teni. laqueus. Ser. dici putat extremas partes arcus: unde tractum sit ut hactenus hucusq̃ significet: quasi usq̃ ad finem. Apud Pla. in Bac. tenus magis p laqueo accipi uidet q̃ p arcu. cũ ait. Pendebit hodie ita pulchre intẽdit tenus.

Ten⁹ ppositio significat ppinquitatẽ & qđ dicimus usq̃ ad. Nam qđ ppinquum est quasi tenere uidet id cui est propinquũ. Quidam a tendendo: q hæc ppositio extẽtionem quãdam significare uideat. & ablatiuo deseruit: semp̃q in singulari postponitur ablatiuo: ut hactenus: eatenus quatenus uerbotenus oretenus. capulotenus. Aliquando etiam actõ iungit. Flaccus in argo. Et tanaĩ tenus immẽso descẽdit ab euro. In plurali ponit̃ et cũ grõ. Virg. Crustenus amento pallearia pendẽt. Et Cumaꝝ tenus .a. usq̃ Cumas. Curtius. Pauci hostium tenus exacti penetrauere ad portũ. Hor. sine casu posuit tãq̃ aduerbiũ. Est qdẽ pbare tenus si nõ dat̃ ultra. Aliquando significat non ultra ut Gessit consulatum ntulotenus nõ ultra titulum..

Tenontes sunt recti & ualentes nerui a tergore dicti collum cotinentes siue quibus sustinere caput non possent ceruicis uertebræ. Si quidem horum inter omnes flexus alter semper intentus p labi superora non patit̃. In ipsis quoq̃ pedibus nerium quidam latum qui a poplite demissus pcumbit in calcem appellant Tenonta ut inquit̃ i nl. pol. Sed & neruo q ex utraq̃ stomachi pte sũt τένοντες uocãt

Tener.a.um.qđ est molle. Hinc Tenera ætas puerilis. Transfert̃ & ad animum. Iuue. Cum tenerum tem ducat spado. i tem Tener dicitur mutis qui facile cõmiscerent̃. Hinc teneritas & teneritudo. Tenere & teneriter aduerbia.

Tenellus.a.ũ.diminutiuũ: Vñ tenellã ætatẽ dicim⁹.

Teneresco: tener fio. mitesco. misericordia ducor. Lucillus libro tertio. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

Tentyri. siue tentyritæ genus animalis uenenosi. Plyn. lib. xxviii. In insula nili tentyri nascẽtes tanto sũt crocodilis terrori ut uocem quoq̃ eorum fugiant. Tentyra uero ciuitas inferioris ægypti. Vnde & p fectura tentyritica: uel ut Plynius ait insula a nilo circundata in qua habitant homines qui crocodilos non timent.

Tepor: & Tepiditas idem significant. Col. libro secũdo. Si uero tepor cœli siccitasq̃ regionis suadebit februario statim proscindendi sunt.

Tepidus.a.um.qđ est medium inter calidum & frigidum. Vnde interdum pro calido ponit̃. Lucr. Tepidisq̃ caminis. Interdum p frigido pstim quãdo transfert̃ ad alia. Plau. Hic homo factus est tepidior.i. frigidior segnior. Interdum pro inutili & ue nocuo. Virg. Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Hinc subtepidus aliquantũ tepidus. Tepidulus diminutiuum.

Tepeo.tepes.tepui.tepidus sum. Cato de re rustica. Lentibus lignis facito calescat ubi temperate tepebit tum cuminum indito. Hinc Tepesco tepidus fio. Leo pap. Feruor. fidei non tepescat. Huius cõpositum est Interpesco qđ est ualde tepesco. Columella. Nunc mitigato iam & interpescente frigore largissimis oliuitatib⁹ liberiq̃ umbrosis eruberit

Tepefio. idem qđ tepesco. Ambro. libro offi. Quis neget uerna tempestate iteriora terræ tepefieri quos glacies hyberna constrinxerat. Firq̃ a Tepefacio.

Tepidarium. uas in quo aqua temperat̃: siue cella in quam ex balneis exeũtes ingrediunt̃.

Terapne: Helenæ patria i lacedæmone ẽt insula i mari ligustico quã nili Corsicã uocãt q̃ & Cyrnos dicta fuit. Hic Terapnæus. a. um. Ouid. Rore terapneo nata pulla phrygẽ. Hanc dictionẽ: alii cũ aspiratione scribũt alii sine p. Teramne. sed male.

Tergeste. oppidũ ab aglea siad. cẽsũ octogesimo distãs ut inqt Strabo. Hodie Trieste uocat̃. Sed oĩs mẽtiunt̃ nã Τεργέσταν λίμνην ab Dionysio libro: & Eustathio: sed inscii tergestam uocant quasi ibi res ter gesta fuerit: sed aliqd de talibus scribunt q forsan quiq̃ laudabũt ẽt Suidas Τεργέστορος μαχόμενος καὶ ἡλωκὼς τρὶς ὄνομα πόλεως παρὰ Λιβυσὶ

Tero.ris.triui.tritum.frico tundo. Plau.in asi. Nunc illuc ducis ubi lapis lapidem terit. Ply. Dein re frigeratum teritur in farinã. terere iter. est iter agere Virg. Sæpius e tectis penetralibus extulit oua angustum formica terens iter. Terei tempus est consumere. similiter terere ociũ. Liui. li. i. Quas in conuiuiis luxuq; cum æqualibus uiderant tempus terentes. Idem in eodem. Regii quidem iuuenes interdũ ocium conuiuiis comessationibusq; inter se terebãt Huius composita sunt. Attero. qđ est ad aliqđ tero frico. Ply. li. 9. Anguillæ atterunt se scopulis. tibul. Aut operi insuetas atteruisse manus. Aliquando significat uehementer tero. frango: ad terrã trabo. aut ualde rodo. Col. lib. 2. Demergunt unguias & attergunt. scinduntq; radices hærbarum. Et lib. vi. Nam demissum ex eo palmitẽ germinantem inferior atteret & fructum. Virg. Et grauis attrita pẽdebat cantharus ansa. i. consumpta uel attenuata. Et lib. i. Ge. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro. Ingemere & sulco attritus splendescere uomer. i. rosus. Sal. p translationem dixit. Post ubi eorum famam attriuerat maiora alia impendebant ideſt oppteſſerat. Contero. totum simul tero. tundo consumo. frango Plau. in asi. Vtinam mihi stimulus in manu sit qui latera conteram tua. Lact. li. iii. Qui cum ætates suas nisi studio phiæ conterant. Col. lib. viii. Remedio sunt hyssopum & sal æquis ponderibus contrita. Terẽ. in ecy. Cursitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Detero. distero. Extero. Intero. Intertero. Obtero. Protero. Pertero. ualde tero. Col. Perlineum fiscum qđ priuerant exprimunt. Retero. turſus tero purgo. excerno. Col. li. vii. Pura deinde frumenta si in annos recondantur. teteri debent. Nam quanto sunt expoliora minus a curgulionibus exedunt. Subtero subtus tero. Plau. i asi. Eos asinos pdicas uetulos clandos quibus subtritæ ad sœmina iam erant ungulæ Hiero. in deutro. Et pes tuus non est subtritus. Semitero quasi medium tero. Col. li. i. Huic autem umbilarium applicari debet maxime in italia pp incõstantiam cœli. quo collata semitrita frumenta ptegantur si subitaneus imber incesserit. Et omnia habent penul. cor.

Terra elementum p duplex. r. licet a tero. is: deducat q scilicet teratur. Ab hac locus cõmunis qui circa oppidum colonis relinquitur territorium appellatur. q maxime teratur. Et in singulari quidem terra totum elementum est ideſt ipse orbis terræ. In plurali terras aliquas significamus. Virgilius. Multuq; ille terris iactatus & alto. Ponitur tñ quandoq; terra pro territorio & pro prouincia seu regione. Cic. eorum qui in hac terra fuerunt magnamq; græciã quæ tũ florebat instituns & præceptis suis erudierunt. Vnde conterraneus qui ex eadem terra est. i. prouincia. Quauuis hæc dictio. apud neminem idoneum auctorem nisi apud Plynium legatur & uno dũtaxat loco. ubi Catullũ uocat conterraneum. Varo libro primo. dere ruſ. scribit terram tribus modis dicã. Communi: proprio. & mixto. Cõmuni ut cum dicimus orbem terræ. & terram italiam cum & lapis & arenã & cætera eius generis sint in nominando comphensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine. quæ nullo alio uocabulo neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ est mista. in qua seri quid potest & nasci. ut argyllosa aut lapidosa. terra etiaꝫ uocatur uesta. eo quod rebus omnibus uestiatur. seu quia ui sua stat. Ouid. li. vi. fas. Statui terra sua ui stando uesta uocatur. dicitur & mater. Col. Tu penitus claris eradere uiscera matris ne dubita. Ply. li. 2. Sequitur terra cui uniuersarum naturæ partium eximiæ propter merita cognomen indidim⁹ maternæ uenerationis. Nos nascentes excipit: natos alit. semelq; editos sustinet & semper nouissime complexa gremio iaꝫ ab reliqua natura abdicatos tum maxime ut mater operiens. & paulopost. Terra serpentem homine pcusso amplius non recipit.

Territorium ut inquit Pompo. est uniuersitas agrorũ intra fines cuiusq; ciuitatis. qđ ab eo dictum est. q maxime teratur. uel q magistratus eius loci itra cos fines terendi. i. ſũmouendi ius habeat.

Terraceus. a. um. qđ ex terra est: ut domus terracea

Terræus. a. um. qđ ex terra est. ut uas terreum. Col. libro. i. Horreum camera contectum: cuius solum terreum priusquam consternatur pfossum.

Terrænus. a. um. qđ uel in terra natum est: uel in terra uiuit: uel aliquid cum terra commune habet: ut terræna animal. Et terræna pro terreo Col. Area quoq; si terræna erit. ut sit ad tecturam satis habilis.

Terræum campus dicitur Col. libro. secundo. Callidissimi rusticarum rerum genera terræa tria esse dixerunt. Campestre. Collinum. montanum. Idem libro primo. Agrum habebimus salubri cœlo uberi gleba. parte campestri. parte alia collibus uel ad oriẽtem: uel ad meridiem molliter deuexis. terræisq; aliis atq; aliis syluestribus & asperis.

Terrestris & hoc. stre. idem quod terrænus. ut terræstre animal.

Terrigena penul. cor. qui ex terra natus est. tericola qui terram habitat.

Terræmotus dicitur cum terræ incluſo spiritu contremiscunt magno sæpe habitantium damno.

Terranecola cum accentu in antepenul. Auis alaudæ similis præterquam quod in capite apicem non habet. sicut alauda. dicta terraneola quod non in arboribus sed in terra uersetur atq; nidificet.

Terebra siue terebrum penultima correpta. Instrumẽtum quo ligna perforantur a tero. Eius diminutiuũ est terbellum.

Terebro. as. terendo perforo. Virgilius. Et terebrare cauas uteri & tentare latebras. Huius compositum est. Exterebro quod est extorqueo. & scrutor. Plau. Exterebra prorsus atq; excute.

Teredo penul. prod. Vermis in ligno nascens a terendo dictus. uel a sono qui est. τρίβω. Eadem & tinea dicitur. Licet sint qui distinguant. ut teredies dicãtur in mari. hoc est in nauibus. tineæ terræ. Sed sint. Col. libro quinto. Nam & teredinem formicamq; prohibet.

Teres.etis.pe.cor.df qcqd rotundū oblongūq; est. ut columna & arbor.qđ quasi terendo sit rotundū. Virg. Incumbens tereti damon sic cœpit oliuæ.

Terminus ꝓprie dicitur signum qđ agrum ab agro diuidit a terendo.q; hæ partes maxime terantur. Nam utrinq; ab iis qui agrum suum colerent fodiendo teritur. Hinc terminus ꝑ fine accipitur. Ci. Cū nullum tot calamitatibus atq; ærumnis terminum inueniremus. Et apud antiquos terminorum deus putabatur. Dialectici terminum diffiniunt esse signum orationis constitutiuum. huius composita sūt Anterminus qđ est quasi circāterminus. qui circa terminos prouinciæ manet. Conterminus qui est uicinus & finitimus. Col. li. i. Priuatos quoq; memoria tradidit & in regionibus græciæ. & in hac ipsa hesperia detestabiles fuisse uicinos nisi autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse cōterminus: aut auē tini monte incola palatinis ullum gaudium finitimis suis cacus attulit.

Termino:as.finio. Lact. li. 2. Iam uero illa conclusio qua sententia ꝛ terminauit Tullius multo absurdior Huius composita sunt. Determino qđ est definio delibero & quasi cogitationi terminum impono. Idem li. iiii. Determinanda est nobis ueritas breuiter & in suo proprio domicilio collocanda. Dister mino diuido: dissipo. Extermino expello & ueluti extra terminos mitto.

Terma.matis.extremum. terminus. finis. meta. plan ti pedis.

Termes: ramus ex arbore decerptus cum fructu. qui quoniam in diuisiōe agrorum antequam metæ ponerentur figi solebat. termino nomen dedit. Et proprie termes ut ait Porphyrio. est obuæ sicut ꝑ palmes uitis. Hor. Nunquam fallentis termes oliuæ. Gel. Termitem palmæ ramum cum fructu auulsum dixit. Est & termes uermiculi genus carnē exedens.

Tergo.gis.& tergeo.es.si.sum. & secundū annquos tersum. significat mundo: nitidum facio. Iuue. Vasa aspera tergeat alter. Plau. Ornantur lauantur tergentur poliuntur. huius cōposita sunt. Abstergo. sordes remoueo. Liui. li. 1. Inspectu ꝛ nullus abiter so rrore omnia salubria esse. Per translationem significat aufero. Ci. Volo abstergere animi tui metū. Attergo. Ci. in Vet. Quod fanum denique quod nō auersum: neq; attersum reliqueris. Detergo deorsū ꝛ tergo & sordes aufero. Hieronymus ad dama. In cōmune deum deprecemur ut mihi quoq; de altari carbo mittatur ut omni peccatorum labe detersa primo possim dei sacramenta conꝑicere. dehinc narrare. quæ uideo. Col. li. vii. Tū et spōgia labra detergeri. Et li. 2. Omnis humor sole uentoue detersus est. i. siccatus. Extergo pfecte tergo. Cato de re rus. Post diē octo duodecimū ꝓnas eximito & salem oēm detergito & suspendito inuentum biduum tertio extergito.

Tergus.oris.coriū. Virg: Tergora diripiunt costis & uiscera nudant.

Tergū: dorsum. Virg. Manibus post terga reuinctis Ouid. li. i. me. Ossaq; post tergum magne iactata parentis. Et non tātum animalium est: sed ꝑ aquarum & aliarum rerum. Vnde ergo dicimus a pte posteriore membranæ siue papyri aut alterius cuiusq; rei. Iuuena. Scriptus & ergo nec dum finitus horestes. hinc postergo. as. & tergiuersor. Aliquando tamen tergum ꝓ tergore ponitur. Virgil. Mercatiq; solum facti de nomine byrsam taurino quantum possit circundare tergo. Item pro scuto: quoniam scuta pellibus tegi solent. Idem. Et tergo decutit hastas. Et tam tergus q; tergū a tergo dicitur uidentur qm̄ uehendis oneribus terantur.

Tergiuersor sallo & dicta muto. aliquā ꝑ contradico. quasi terga uerto. Nam uertere terga: fugere dicit. qđ & terga dare dicimus. Plau. Quid expectas? qđ tergiuersaris. Proprie tñ tergiuersari est eorum q terga uertentes. adhuc tñ pugnant: nec se ꝑ uictos ratonibus uolunt agnosci. Ci. li. iii. tus. Quid tergiuersamur e ptute? nec fatemur eam nos dicere uoluptatē quā tu idem cū os perfricuisti soles dicere. i. dissimulamus & subterfugimus. Antiqui tergiuersatorē dicebant bouinatorem. Iurisconsulti accipiunt tergiuersari pro in uniuersum ab accusatione desistere.

Terror.timoris incussio Ci. li. iiii. tus. Quæ autem subiecta sunt sub metu. ea sic diffiniunt. Pigritia metum consequentis laboris terrorem metum coercentem. Ex quo fit ut pudorem rubor: terrorē pallor: & tremor. & dentium crepitus consequatur. Ser. inter terrorem & metū sic distinguit q terror ꝑ pne sit q aliis infertur. uñ & terribilis dicitur. metuē habent timentes licet aliquā terror & ꝑ metu ponatur. Virg. qđ si tantus habet mentes & pectora terror.

Terreo.es.rui.itum. timorē alicui incutio. Hier. ad helio. Nolo te antiquæ pegrinationis terreat difficultas. huius composita. absterreo Conterreo. Col. i prætermissa. Qui tā uanæ tamq; uanæ sciæ desperatiōe cōterriti nolent experiri qđ se assequi posse diffidunt. Deterreo. Exterreo. Perterreo. eiusdē significationis.

Territo.as.pe.cor. frequentatiuum. Ter. Eun. Dum te eradicent ita me miseram territas.

Terrefacio. terrorem facio. a quo terrificus. a. um. qđ terrorem facit. compositū est pterrefacio.

Tericrepus.a.um.pe.cor. terribiliter seu cum terrore increpans. Aug. li. viii. cō. Quæ iste senex ore tricrepo tot annos defensitauerat.

Terribile: formidabile atq; horrendum.

Terriculamenta. terrores sunt & formidamina.

Terebinthus. arbor nigrū lignū cū splendore ꝑ ferens habensq; soliditatem in buxi speciem. Virgil. hæ Inclusum buxo aut crithia terebintho. Ex hac terebinthina resina. quā nos tremētinam appellamus. Ply. Terebinthinam in sartagine referentem hæc ceteris præferentes. Terebinthus masculā & fœmina est. Masculā sterilis. Fœmina duplex est. Alteri nubet fructus magnitudine lentis. Alteri fructus pallet & cum uite matureſcit resinosus.

Tereus rex thracum. martis ex bistonide nympha filius. Ouid. li. vi. me. Et genus a magno ducentis ore gradiuo. Lege fabulam.

Terpsichore. pe. cor. fuit una ex nouē musis. Vide in dictione musa.

Terpsicerotes.pe.pro.du ctu; nomen a modulatis & quasi ad lyram compositis cornibus.

Terentum: locus in campo martio. q̃ in eo ara ditis pris in terra occultaretur. Erat hic locus diri ac proserpinæ sacer: in quo ovium qui nascerent aut morerent nomina scribi solebant quotiens ciuitas lustrabatur. Mar. Bis mea romano spectata ẽ uita terẽto & nihil extremos perdiditante rogos.

Ter aduerbium numerale seu ordinale: ut bis ter quater. hinc Tertius.a.um. a quo fiunt aduerbia tertio. & tertium.

Tertio.as. quasi tertiatim facio: siue diuido. Col. lib. ii. sed iugerum talis ager quattuor operis expeditur Nã; eõmode proscinditur duabus: una iteratur tertiatur dodrante: in lyram redigitur quadrãte opæ.

Tessera: latine quattuor dicitur. unde & id dr. qd̃ of ex parte quadratum est. Tesseræ etiam dicunt q̃bus in tabula lusoria ludit. Sunt. n. quadratæ & puncta habent. & cum iacuntur in quancũq; partem incubuerint. ĩmotam habent stabilitatem. τ ὸ τεσσαρες. idest quattuor. Ci. in Cato. Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Hæ alio nomine quadrantalia dr. græce cubi. ut Gellius. & Macro. scribunt. inde cubicũ corpus. Talus ẽ quattuor laterũ & concauus ad similitudinem tali qui ẽ os in articulo pedis uentre eminens: concaua uerte bra ligatus quadratus forma: altera parte concauus altera fere planus. Est q; in posterion suffragine dẽtaxat. nunquam in prioribus pedibus. nec ẽ hominj aut aliis animalibus habentibus digitos nec solidas habentibus ungulas. sed tantum bisulcis. Ex iactu talorum uaria puncta fiebant. Nam latus quo unitas significabat. canis siue canicula appellatur in quem conuerso talo deponebatur ab eo qui iactauerat nũmus unus sine aliquo lucro. Idcirco canis damnosa uocatur. Ouid. Quid ualeant talli quo possis plurima iactu figere: damnosas effugias q; canes Eius oppositum Venus dicit. seu cous significans septenarũ numerũ. Et is qui talorum iactu hũc numerum reddidisset sex lucrifaciebat. præterea q; q̃d esset caniculæ iactu erasum. Alia duo latera. Chius & senio dicuntur. Ternarium ille. hic quaternariu; significans. Nam binarius & quinarius numerus i talis nõ erat. Chius tris nũmus lucrabatur. senio q̃tuor. Ideo dexter. hoc ẽ fœlix & propitius dicebatur. Persius. Quid dexter senio refert: scire erat in noto. Sue. de Aug. Talis iactatis ut quisq; canem aut senionem iecerat in singulos talos conferebat i medium quos tollebat uniuersos qui nenerem iecerat. Aliæ quoq; in hoc ludi genere differentiæ fuere. nã & uoltorios hẽbant & herculẽ basilicũ. Plau. Talos poscit sibi in manũ. puocat. mein alea. iacit uoltorios quattuor. Talos arripio herculẽ acto basilicu; Talus græce. Astragalus. a quo astragalizo talis ludo. Calculus is est quẽ latronẽ & latrunculũ antiqui appellarunt: iuniores uero scacũ uocitãt. Mar. Hic, nubi bisseno numerat tessera pũcto. calculus hic gemino discolor hostie perit. Et itẽ. Insidiosorũ si ludis bella latronũ. Iste ubi geminus miles & hostis erit. Est itẽ tessera signũ bellicũ q̃d ad pugnã exeuntibus datur. f. pp cõfusionẽ q̃d & symbolũ dr. ut in bello Mani Burdeus. In fillæ apollo delphicus. in Cæsaris. nomis genitrix. Virg. lib. vii. Et bello tessera signũ. Liul. li. vii. Cæteris oibus tesseram dari iubet. Item tessera ẽ belli & pacis futuræ signũ. Pompo. q. Mutius missus ad carthaginenses legatus cũ essent duæ tesseræ positæ una pacis: altera belli. arbitrio sibi dato utrã uellet deferre. utrãq; sustulit & ait. Carthaginenses petere ẽbere utrum mallẽt accipere. Ponitur non nunquam p signo frumentario. quo exhito unus q̃q frumentũ p portione accipiebat a principe. sicut ex more uetusto in patria nostra fieri solitum ẽ ab his qui pauperum curã habent. Nã erogantur signa quædam plũbea quibus exhitis sigillatim accipiunt certã mensuram farinæ uel panis uiuiue. Sue. in Aug. Ac ne plebs frumentationum cã frequentius a negociis auocaret. ter in annũ quaternorũ mensium tesseras dare desiinauit Iuue. Sõmula ne pereat: qua utilis tessera uenit frumenti. Hæc tessera ẽt frumentatio dr. præsertim cũ frumentũ erogatur. sic ẽt dicunt tesseræ nũmariæ q̃bus exhitis sũma nũmũ pscripta repensari solet.

Præterea tessera seu tessella calamus est qui inseritur ramo. q̃d uero in terra seritur talea nocatur. Ply. Quidam huic generi miscuere fissuram in uitibus exempta cortice tessella furculo a latere plano adigẽdo. Item Tessera ẽ lignum utrinq; complanatũ in quo numeri describuntur. q̃d & talea dicit. Plautus suam uterq; tesseram hẽre nõ constat. hoc & tesserula dicitur. Ply. Frumenti rationem tasserulis ostendebat. Et tesseræ seu tesserulæ lapilli sunt ad conficiendas sternendaq; pauimenta. Ci. li. iii. de ora. Quæ lepide lexes synthesis cõpositæ: ut Tesserulæ omnes arte pauimento atq; emblemate uermiculato. Item tessera: figura geometrica quæ cubus uocatur. cuius meminit Macro. in primo in sop. scip. Est & in arithmetica numerus octonarius. Vnde Martianus. in arith. Si tessera tesseram metitur.

Tessella & tesserula diminutiua sũt a tessera.

Tesserarius: qui tesseram. i. ꝓceptum ducis per contubernia mihtũ nunciat.

Tesseratius. a. um. q̃d ad tesseras ptinet. ut ludus tesserarius.

Tessellatus. a. um. q̃d tessellis. i. puis quadratis lapillis in textũ ẽ ut pauimentũ tessellatũ a tesséris quæ forma quadrata ẽ. Sue. de Cæsa. Mundiciarũ lauciciarumq; tindiosissimũ multi pdiderunt. quanuis tenuẽ adhuc & obæratũ in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circũtulisse. Victr. lib. vii. Meminit pauimentorum tessellatorũ atq; sectiliu; scribitq; pauimẽta sectilia & tesseris structa omnes angulos æquales habere debere. & sectilia quonia; in particulas secta sunt. ut quocunq; uelis possint circunferi. Exant & tessellatæ quædam tunicæ Plynius libro trigesimoquinto. Zeuis aureis littens in pallionum tessens. in textum nomen suum ostentabat.

Tesseredecas. adis. quaterdena dicit a tessera quattuor & decas decem. Quidam interponunt syllabicam tesseredecadas dicentes:

Testa frustum nauis fictilis: & cuiuscq lateris Ply. lib. xxxvi. Si & testæ tusæ tertia pars addatur: melior materia erit. unde & p calculis ponitur: quos græci ostracos dicunt. testa quoq dicitur uas figlinum in igne decoctum. quasi tosta q emolli creta fabre facta torreatur. deinde coquatur. Tibul. Pax aluit nites & succos condidit uuæ. Funderet ut nato testa paterna merū. Var. de lin. la. Testu indeclinabile p testa posuit. A testa fit testaceus. a. um. qd ex testa ē Ply. Insectorum oium & quibus testacea bperimēta oculi mouentur. Itez Testæ intelliguntur oēs pisces qui duriori cortice teguntur. Hor. in Ser. Sed ñ omne mare est generosæ fertile testæ. Testeus. a. uz. idem qd testaceus. ut apud hiere. prophetam. Vade & accipe lagunculam testeam a senioribus populi.

Testatim aduerbium significat cōminutim.

Testus. us. tegmen testaceum sub quo placentæ & alia coquuntur. Cato. In foco calido sub testu coqui to leuiter. Dicitur & testum: siue teitus testi. Ply. li. xxxii. sub æreo testo hoc græci nocant clybanum. Vnde panis testuaceus dicitur apud nos quem illi clybanum.

Testuacium. qd in testu calido coquebatur. Condimentum ex uariis esculentis a testu sub quo calido coquitur ut inquit Var.

Testudo. animal qd tarde graditur. & phthysicis lienosis caducisq opitulatur. dicta testudo. Varrone teste q testa tegatur. Earum genera sunt Marinæ. paluitres terrestres & lutarie quæ in dulci aqua dinetsantur. Hiero. ad pūidium. Testudo marina quæ est grandis ut insula dum emergit de alto ostendit se in ipso mari tanq petram: nec se monet inde quo ad usq homines naues ligent. Et cum hæc senserit trahit se in altum sed cū elurierit aperit os. & bonū odorem reddit ad quem pisces cæteri colliguntur: Terrestres limacas a limo dicimus. Testudo etiam dicitur materia. rabulatis contexta & coriis cilicinis aut centonibus & aliis quæ difficiliter comburi pñt contecta. Hæc intrinsecus habet trabem. q nuco præfigebatur ferro: & falx uocabatur ab eo q incuruata esset & de muro extraheret lapides. Retro. enim ducebatur trabs funiculis suspensa ut reducta impetuosius feriret. Ideoq & testudo dicta a similitudine repetis. q caput nunc exerat: nunc reducat. Syrius. Tandem condensis arctæ testudinis armis subducto pœni uallo cæcaq latebra pandunt prolapsa fussosis mœnibus urbem. Hoc etiam instrumentum Arietem appellant. ab eo q aries fronte. i. capite pugnat. Rursus testudines dicuntur loca in ædificiis camerata ad similitudinem aquatilium testudinum quæ duris tergoribus sunt & incuruis. q ideo i templis sic fiūt ut simulachri imago cœli reddat imaginem quod constat esse conuexum: Virg. Tum foribus diuæ media testudine templi. Hinc & scuta dicuntur testudines quæ sint in testudinum mōdum curuata. Nam in armorum generibus milites plærunq sumunt ab animalibus noia. Itē testudo lyra dicitur. qñ Mercurius cithiaram de testudine sicca meditatus est ut bygi. scribit Hor. O decor phœbi & dapibus supremi grata testudo iouis o labo bonum dulce lenimen.

Testudinatum tectum. qd est deuexum in. iiii. partes sicut pectinatum in duas. Vitr. li. ii. Tecta recidentes ad extremos transtra traiiciunt gradatim contrahentes & ita ex quattuor partibus ad altitudinē educunt medio metas quas luto & fronde tegentes efficiunt testudinata tecta.

Testis gñis cōm. qui testimonium pfert ab eo dictus q tueatur statum causæ. uel q añ stet. quasi antestis idest añ stans. Hiero. ad eusto. neutro gñi iunxit. cū inquit. Nec uero inanis sopor. aut uana somnia quibus sæpe deludimur. Teste est tribunal illud añ qd tacui: iudicium teste est qd timui. Testis uero p testiculo masculini gñis est. dictus q uirilitatis testis sit. Virg. Magnis testibus ista res agetur. Cōtestes qui idem testificantur.

Testiculor. qd & testillor dī significat iumentis maribus fœminas. uel fœminis mares admouco.

Testor. aris. testimonium dico. Virg. Testor in occasu. Aliqñ testem facio: uel in testimonium adduco. & alteri⁹ implorato testimonio affero. Virg. Vos æterni ignes & non uiolabile uestrum testor numen ait. Hiero. in paulo. qd nec cui impossibile uideatur Dñm Iesum xp̄m testor. & sanctos angelos eius in ea parte eremi quæ iuxta syriam sarracenis iungitur & uidisse me monachos & uidere eq bus unus. xxx. iam per annos clausus ordaceo pane & lutulenta aqua uiuit. Interdum testari est precari quia precando solemus numina adhibere. Plau. Ipsus tete per superos ois testatur. Et testari testamentum facere: hoc ē uoluntatem supremam testificari. quia in eo testatus ē quid uelit. Vñ apostolus. Testamentū in morte cōfirmatu⁊ ē. alioqn nondū ualet dū uiuit q testatus est. Sciendū q a testor. qñ significat testimoniū. fit testificoroqñ nero significat tebñ cōdo fit testator & testatrix. qñ significat precor fit ab eo Obtestor. & Detestor. Huius uerbi composita sunt. Attestor q ē testimoniū adduco. confirmo. Vñ attestata fulgura dicta sūt quæ iterato fiebant. uz significationē prioꝛ: attestantia Plau. in p̄fa. Nonne attestaris tua ne ego cū camifex cuiquam mortali libero aures atteram. Contestor testem facio testem inuoco. uel testificando certifico. Ci. L. Flacco. O nox illa quæ pene æternas huic urbi tenebras attulisti: cum galli ad bellum. cantilina ad urbem: coniurati ad ferrum & flammam uocabantur. cum ego te flacce cœlum tertiamq cōtestans. Idem Apio pul. De me tibi sic contestans omnes deos promitto ac confirmo. Aliquando cō testari ē contra testari Hieronymus in exo. Quod si bos competa fuerit ab beri & nudius tertius & cō testati sunt dñm eius. Lact. libro septimo. Sacris litteris contestantibus non resurrecturos esse impios in iudicium. Et rōne præpositionis cō pōt significare simul testari sicut & contestes. Contestari litem. quid sit uide in ordine lsaꝛ. Detestor obtestor uchementer p̄cor. Protestor quod ē cauenda & quæ fieri non debent manifeste denuncio.

Testatus qui testamentum condidit. Cuius contrariū ē Intestatus qui testamentum non condidit. Vnde

& ab intestato dicimus aliquē diem obiisse. Et in significatione passiua. Testatus dī aptus uulgat⁹ ab omnibus cognitus q̄ id quasi omnes testentur Cl. Curioni. Aut certe testatum apud animum tuū reliqueram qđ̄ senserim. Hinc testatior & testatissimus. Aug. li. viii. con. Stupebamus audientes tam recenti memoria & prope nostris tēporibus testatissima mirabilia tua in fide recta. Hirtius. Quanotior testatioq̄ uirtus esset.

Testator qui testamentum fecit. ut est apud apostolū. Vbi testamentū mors necesse est intercedat testatoris

Testatio & testimoniū p̄prie sunt testiū dicta.

Testamentum dictum est q̄ sit uoluntatis nostræ ne iuri testimoniū. un & ultima uoluntas appellatur. Vlp. Testm̄ est uoluntatis nr̄æ iusta sententia de eo qđ̄ post mortem fieri uoluerimus. Et p̄prie qđ̄ perfectum est testm̄ dī. sed abusiue quoq̄ testamēta appellamus ea quæ falsa uel iniusta uel irrita uel rupta idemq̄ imperfecta sunt. In sacris quoq̄ lris oē pactum & placitū testm̄ dī: ut in ps. aduersum te testm̄ disposuerunt. sic laban & Iacob testamentō fecerūt qđ̄ utiq̄ & inter uiuos naleret.

Testamentarius qui testamenta falsa conficit. Cl. lib. iii. offi. Non de sicariis ueneficis: testamentariis furibus peculatoribus hoc loco differendum est.

Testamentarius. a. um. qđ̄ ad testm̄ pertinet. unde testamentariæ tabellæ.

Tesso. is. si. sum. significat spolio nudo. Plan. in am. Illic non uult me de uno pallio detessere. Virgili⁹ Dum tesset bianion alesus.

Testiiulicium. uide in dictione licia.

Tetanothra eiusdem formæ sunt. cuius & psillothra sed psillothris ad pilos uellēdos. tetanothris ad erugandam extendendamq̄ in facie cutem utimur.

Tetanici a tetano morbo dicti sunt. cum musculi q̄ secundū spinam sunt: rigent ita ut se inflectere non possint. Id cum anteriot pars efficit: ut si mentum pectori annectit. Emprosthotonus: cum posterior. O pisthotonus ut si caput scapulis. Cum uero am bæ rigent ex æquo tetanos uocat. ut si ceruix recta & immobilis intendunt. Et si ut ait celsus quidam minus subtiliter & discrete his noibus utunt.

Teter. a. um. dī. qđ̄ ē malū fœdū pollutū. crudele & ī suaue tū ad mētē ptinens. tū ad cæteros sensus. Vt tetra bælua: teterimus hostis. teterimū facinus. teterrima mēs. itē tetro aspectu. tetra uoce: tetro tactu

Tetro. as. fœdo seu horridū obscurūue facio. Pacu. bæ luæq̄ ac ferarum aduentus loca tetret.

Tetra græce: latie q̄ttuor. a qua dictōe mīta cōponūt

Tetradoron. quattuor palmoꝝ. Δῶρον eni ⁊ palmus Ply. li. xxxv. Græci antiq̄ doꝝ palmū uocabant.

Tetagrāmaton. ūni. lfe grāma. n. lfa dicit.

Tetragonus pe. cor. quadrus quadrāgularis. tetragoniſmus. quadratio.

Tetrametrū. pe. cor. metrū quattuor pedum.

Tetrarcha q̄ q̄rtā regni ptē deiet græce τὴ τετράρχης (dī

Tetraplasius: quadruplus.

Tetrastichia. ordo ex quattuor.

Tetraones inter gña ansęr. Ply. lib. x. enumerat.

Tetrici pe. cor. hoies tristes ac seueri a mōte sabinoꝝ tetrico dicti. q̄ asperrimus est. Virg. li. vii. Qui tetricæ horrentis rupes montemq̄ seuerat.

Tetrinnare. proprium est anatum natitium. ut illud in fluuiisq̄ natans sorte tetrinnat anas.

Tettigometra. cicadæ nīs. Τέττιξ. n. cicada. μέτρα

Tethioppobarę teste herodo. sūt populi i lybia (mī

Tethys. thys. & thyos. Cœli & uestæ filia coniux neptūni & nymphaꝝ mater ut inquit Sal. At Ouid. li. iiii. fas. Videtur sentire illam fuisse titani filiā. q̄ fuit saturni frater natu maior. Ait. n. Duxerat oceanus quondam titanida tethyn. Vnde & oceani uxorem illā fuisse cōstat. Quæ q̄q̄ p̄ mari ponitur Thetis cū. h. in prima. & i. latino facit grm̄ thetydis pro pelei thessalię regis uxore nerei marini dei filia. & Achillis matre. Tethys autem maior filia fuit terræ & cœli hesiodus i theogonia. Τηθύν τε θεὰ τέκεν Ὠκεανὸν δεμνιὰ σεμνὰ Τηθύος ἐν κραδίῃ μιχθεὶς Τηθύν τε ἑλικώπιδα κούρην

Teucer qui & teucrus nomē p̄prium troianorum regis. Quo nomine etiam dictus est telamonis filius Teucer. a. um. idem qđ̄ troianus ut est apud Virg.

Teuchos: latine uas: instrumentum uolumen liber. hinc Pentateuchus.

Teuta Illyrioꝝ q̄ ob castitatis meritū metuit ut lōgo tpe uiris fortissimis iparet: & romāos sæpe frāgeret.

Teutates pe. pro. lingua gallica dictus est Mercurius q̄ ab illis humano sanguine placabatur. Hunc plato inuentorem fuisse geometriæ & astronomiæ atq̄ taloruꝫ scribit. Luc. libro. i. Et quibus inmitis placatur sanguine diro. teutates horrensq̄ feris altaribus hesus. Lact. li. vii. Galli hesum atq̄ teutatē humano cruore placabant deos: qui fatte ferāis ritus diu similiter apud italos stetit qui latiale ioueꝫ & iuuentum humana placabant hostia.

Teutrania ut ī q̄t Ply. li. v. troadis ps ē ī mediterrāeo.

Texo. is. texui. textū p̄prie telam struo. Ter. in heau. texentem telā studiose ipsam offendimus. Per translationē texere ponit⁹ p̄ cōponere facere fabricare scribere colligare ut historiam tabellas & huiusmodi. Hiero. in prolo. li. v. Quæq̄ diuerso scribantur metro. tū eiusdem numeri texuntur alphabeto. i. cōponunt uel colligant. Aliqn̄ p̄ ornare p̄ferre. ut neglecto crinē more texere & alia huiusmodi. Hui⁹ cō posita sī. Attexo qđ̄ est appono. Aug. li. xv. ci. dei Nā oīa quæ gesta narrant aliqđ̄ ē significare putāda sunt sed pp illa quæ aliquid significant etiam ea quæ nihil significant attexunt. Contexo. compono coniungo. Virg. li. ii. Cum iam hic trabibus contextus acernis staret equus. Detexo quod textum erat destruo. interdum etiam ualde texo. finio perficio. Virg. Viminibus mollīq̄ paras detexere iunco. nā de non minuentis est sed augentis inquit Ser. Intexo intus texo innecto inuoluo. uirg. lib. iii. Ge. utq̄ purpurea intexti tollant aulæa britanni. i. intus texti. Et li. ii. Illa tibi lætis intexit uestibus uimos ideīt innectit. Prætexo. ante texo. Retexo & subtexo. qđ̄ ē iuxta seu subtus texo. Ply. li. x. Quapp ue ingeniosꝫ p̄dictorum ita & reliqua subtexet dissertatio.

Teudamedus: nomen patris pelagi ut inquit Homer. libro secundo Iliados.

Textim adnebium significat texendo.

Textilis & hoc textile pe.cot,qđ texendo factum est ut textilis corona & textilis uestis. Añ cuius usum fuit nexilis uestitus ut docet Lucr. Nexilis añ fuit uestis q̄ textile tegmen. ægyptii primi inuenerunt textilia.

Textor & textrix.qui & quæ texit. Textricula dimi nutiuum est a textrix.

Textura opus siue actus ipse textoris uel textricis.

Textrina:pe.pro.locus in quo texit.qđ & textrinus dī. Vnde Cicero accusat Verrē q̄ nulla domus in sicilia locuples fuerit ubi ille non textrinum institu erit. Interdum & textrina dī ars seu scia texendi. Ply.li.xi.Quam non ad hoc uidet pertinere crebra tapexitas telæ. & quædam politura artis ipsa per se tenax.zo.textrinæ.

Thalamus pe.cot.Coniugis utriusq̄ cubiculum.hic epithalamium.

Thales fuit unus ex septē græciæ sapientib⁹. q̄ eodē tempore in græcia fuerūt.hic obiit cuj certamē spectaret æstu ac siti fatigatus. hic fuit geometriæ pe nes graios primus repertor.& naturæ rerum certissimus explorator & astrorum peritissimus contemplator qui reperisse fertur.temporum ambitus:uentorum flatus.stellarum motus.tonitruuj sonora miracula.siderum obliqua curricula.solis annua reuerticula. Eius illud est cum forte interrogaretur qđ esset difficile:seipsum nosse. Illud quoq̄ cum sciscitaretur quomō optime & iustissime uiueremus:si q̄ in aliis reprehendimus.ipsi non faciamus.

Thallassicus color qui similis est fluctibus maris græci thalassan mare dicunt. Plau.Nescio quis tecum Incedit ornatu quidem thallassico.

Thalassometra .dī maris mensor. Amb.li.hexa.Geometram audiuimus thalassometrā nūq̄ audiuimus

Thalassio:carmen nuptiale.ita dictū a uoce quam in nuptiis afferebant.quæ erat thalassius.lege Liuium Var.scribit Thalassionem in nuptiis signum esse nificii.thalassionem.n.uocabant quasillum uas lanificiis aptum. Plutarchus uero hanc in nuptiis uocem primo habitam fuisse affirmat. q̄ græci thalassion lanificium uocant ea ratione ut prouocarentur uirgines ad opera:& potissimum ad lanificia.

Thalia cū accētu in antepe:a θάλλω germino uel uireo.qm̄ in longum tempus poetarum laus parta uirescat.Nam græce.θαλία.cum accentu in penul. nna gratiarum.

Thali dicuntur in portis & cœpis & allo medii fistipites.θάλλειν.ideſt.uirescere.unde & pro germine arborum ponitur.

Thalestris:regina amazonum: quā alii minithea uocant.Hæc cum trecentis mulieribus occurrit.xxxv. dierum inter confertissimas gentes itinere facto alexandro in hyrcania res gerenti ut liberos ex rege susciperet.Et ut uisa est uterum implesse discessit.

Thanatos:latine mors.a quo athanatos immortalis Est & thanatos insula in oceano gallico britannię proxima:ut Solinus refert. Frumentanis campis sœlix. In ea nullus anguis uiuere potest.quin aliporta ta aliquo terra angues illico perimit. dicta thanatos a morte serpentium.

Thasium genus uini a thaso insula maris ægæi una ex cycladibus quæ a thaso phœnicis filio qui eā incoluit dicta est. Vel a thasone ueptūni filio. Sic thasiæ uites. Virg.li.iii.Ge. Sunt thasiæ uites:sunt & mareotidis albæ.Et thasia nux q̄ amygdala a thaso thraciæ insula.

Thassi populi in thaso habitantes.fuit hæc insula aurea uocitata pp aurū qđ illic effodiebatur.

Thauma apud græcos miraculū & admirationē sīgt.

Theatrum latine uisorium a Cassiodoro:speculatorium a Cypriano dī.a θεάομαι.qđ est uideo q̄ turba conueniens eminus uideatur & uideat. Est autē ædificium in hemicycli spēm factum ad uidenda spectacula idoneum. Aliqñ tñ ponit̄ p spectaculo Mar. Quicqđ in orpheo rhodope spectasse theatro dicit exhibuit cæsar arena tibi. Aliqñ p multitudine spectante ut Magno theatro hæc acta sunt.i. multis spectantibus.

Theatricus.a.um.nomen possessiuū.Aug.li.iii.con. Rapiebāt me spectacula theatrica plena imaginibus miseriarum.

Theatralis & hoc theatrale. Idem qđ theatricus.seu qđ ad theatrum pertinet. Vnde dicimus theatralia spectacula.

Theatridion diminutiuum forma græca a theatro Var.li.iii.de re.rus. Inter has exteriores gradatim substructum ut theatridion auium nutuli crebri in omnibus colūnis impositi sedilia auium.

Thebæ es & theba.æ.& thebæ.arum.Ouidi⁹.desine Quid referam æsopon quem cœpit martia thebe. Sta.li.viii.th.Viue superstes ait diræq̄ ad mœnia thebæ sol⁹ abi.& li.xi. Aut danais adice rogos aut prælia thebis.nomina quarūdam urbium quarum una fuit in ægypto a busyride ægypti rege condita quæ græce heliopolis.i.solis ciuitas ambitu.cxl. stadiorum ut refert herod. Vrbs insignis publicis priuatisq̄ ædificiis quam Ply. totam pensilē fuisse scribit quæ centum portas habuit in quarum singulis memoratur.cc.custodes excelluisse equis & curribus.subterquam reges soliti erant maximos exercitus armatorum educere nullo ex oppidanis id sentiente.Iuue. Atq̄ uetus thebe centum iacet obruta portis.Ab hac teste Plynio li.xxxvi.regio thebaica æthiopiæ contermina cognominata est. A qua & thebæi cum diph.& fructus palmarum eius thebaides & thebaicæ dicunt̄ a Plynio. Alia thebe fuit in boetia a cadmo agenoris filio condita: quam amphion muris ornauit.Bacchi & herculis clarissima patria.ab Alexandro magno postea euersa quæ & draconigera dicit̄. quia a cadmo cum quinq̄ uiris ex dracone ab ipso interfecto natis constructa fuit Var.tñ li.iii.de re.rus. scribit hanc urbem ab Ogyge ædificatam.Ab hac thebani dicti sunt. Hic heptapylos uocat Apul.ab eo q̄ septem portas habebat inclyta duobus ducibus Epaminunda & Pelopida.Hæc etiam dicta fuit Dircea a dirce fonte. Vnde & a statio Dirceus ager thebanus uocatur. Hinc pindarus poeta lyricorum princeps habitus est.Bacchus in africa urbem condidit thebas.

Vnde Hiero. In cõmento epistolæ ad gala. Præterea thebæ liberi quas in africa condidit quæ ciuitas nunc Thebetis dicitur. Alia in thessalia aqua etiam thebani & thebæi. Fuit & thebe in italia ciuitas. Fuit & alia thebe homero teste in cilicia Andromaches uxoris hectoris patria. Vnde Ouidi⁹. Nec eruciere minus quã cum thebana cruentum hectora thessalico uidit ab axe trahi. Alia fuit in lucania ab Aontis colonis condita quam interiisse auctor est Cato. Fuerũt & thebæ corsicæ. Est & thebe nõ uirginis e cuius gremio geminæ columbæ ut est in fabulis cum euolassent. altera ad hammonis fontez tetendit & ibidem responsa dedit. altera ad syluam Dodoneam ubi futura mortalibus præcinuit.

Thebais. aidis. uel idos. Et hæc Thebaida. æ: ab accusatiuo græco formatum nomen sicut psis & psida. ægypti regio a thebe denominata. Quod nomẽ potest esse patronymicum a thebe. Quo nomine etiaz appellatum est Statii opus in quo de thebis tractatur.

Thecla nomen proprium mulieris sanctissimæ.

Theca: uagina sepulchrum: loculus.

Thelphusa: urbs prope Orchomenuz arcadiæ a thelphusa Ladonis filia nomen habens. Telphussa uero sine. h. & per duplex. ss. alia urbs in arcadia. telphussium: siue tilphossium est in Boetia ubi laudatus bacchus est a Pindaro telphussa cuius aquæ frigus tiresias uates cum senex potasset & ferre nõ potuisset extinctus est.

Thema. atis. latine positum dicitur.

Themistocles nomen atheniensis clarissimi. Ferchicum ab ingrata patria exul factus & a xerse principe exercitus aduersus athenienses magno cum honore creatus. cum uideret patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere hausto tauri sanguine seipsum interemit: ne aut regi de se merito infidelis esset nõ pugnando uinitor. aut patriæ suæ hostis atq; oppugnator uideretur. Vide Plutarchum.

Thensæ: ut docet Asco. Sunt sacra uehicula pompa ordinum & officiorum. sic dictæ q; ante eas linea tenduntur: quæ gaudẽt manu tangere qui deducẽt uel. ἀπὸ τῆς θείμονι. are diuia. Et sic per. th. scribit Ci. de haruspicum responsis. Te appello lentule cuius sacerdotii sunt thensæ curricula præcentio iudi libationes. Liuius libro quinto. Quæ augustissima uestis est thensas ducentibus triumphantibusue ea. uestiti medio ædium eburneis sellis sedere.

Theoria cum accentu in penultima latine speculatio. & intellectus dei. Hinc Theoreticus. speculatiuus. græce. n. θεάομαι cõsydero cõtemplo. Anub. li. hexa. Namq; istarum artium aliæ sunt actuosæ: quæ sunt in corporis motu aut sono uocis. Aliæ theoreticæ. quæ uigorem mentis exercent. Idem ad Simplicia. Vbi legis diuinæ præcepta numerauit. atq; annunciauit populo theoriam postea intelligibilis illius arcæ testimonii uel candelabri uel thymiamatis locuturus immolauit hostias.

Theorema. atis. latine speculatio.

Theoresis. contemplatio.

Theos. Deus. A quo multa per compositionem fiũt.

Theologia. ratio siue sermo de diuinitatẽ.

Theoleptus: numine affatus.

Theodectes nomen philosophi discipuli Aristotelis cui oratoriæ artis libros donauit. Vt eos tanquam suos ederet. Hic fertur multæ memoriæ fuisse.

Theomachus penultima correpta deo repugnans latine dicitur.

Theomenia. æ diuina.

Theogonius genitus ex deo.

Theophrastus. philosophus fuit ex cresso iesbi oppido Tyrtamus initio uocatus. Hic peripateticorum eloquentissimus doctissimusq; fuit. qui ex diuinitate loquendi nomen inuenit. Hic dicere solebat doctum hominem ex omnibus solum neq; in alienis locis peregrinum esse. neq; inopem amicorum. Dictus Theophrastus. quasi diuina eloquentia. Theos. Deus. phrasis eloquentia.

Theophilus: nomen proprium. quo significatur dei amor. theophiles pius amans deorum.

Theosebia. pietas. cultus dei Theosebes pius religiosus.

Theotocos. deum pariens. genitrix dei.

Theodorus. cum accentu in penultima. proprinz nomen uiri. quasi donum dei.

Theodosius. nomen proprium duorum Romanorum principum.

Theopompus. nomen proprium tragici. & oratoris Quo nomine etiam dictus fuit unus Spartanorum Cuius meminit Quintilianus. Et etiam Valerius maximus.

Theognis. Fuit poeta græcus. de quo Plato in li. de legibus. cuius opus incipit:

ὦ ἄνα λητοῦς υἱὲ λιὸς τέκος οὔτοι σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος, ἐνδ' ἀποπαυόμενος

Theon: nõ pictoris famosi. de quo Quintil. li. xi. de isti. ora. alter mathẽatic⁹ q scribit de piritib⁹ ad ptolomæũ astrologũ. alter ẽt iterps apollonii rhodii.

Thera. insula sub euboia iuxta Atticam. De qua Plynius libro quarto. Protinus ab Io. abest thera uiginti quinq; milibus passuum. In ea est Eleusis ciuitas ut libro tertio. Ptol. refert. Ab herodo: thera ponit insula libro. iiii. quam Iusti. putat. therãnem. Alii Corsicam.

Theriace. siue theriaca. A qua & theriaci pastilli nominantur quod emperarum carnibus constent aut certe contra bestiarum uenena proficiant. Dicta ἀπὸ τῆς θηρίων hoc ẽ a ferus siue bæluis uocitata. q; hæc compositio aduersus omnes bæluas uenenatas instituta sit. admiscẽtur ei uiperinæ carnes. hãc uulgus syriacam a tyro serpente appellat.

Theriotrophion. locus ubi fere aluntur Varro libro tertio de re rustica. Syllæ erat supra quinquaginta iugerum macella septa quod non leporarium sed terriotrophium appellabant falso.

Theristrum. uelamen. uel uestis tenuis. Qua utebantur mulieres palæstinæ. Hieronymus in Gene. Quæ depositis uiduitatis uestibus assumpsit, theristrum. Et apud Esaiam. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum & pallio la & lunceamina & theristra.

Thermæ: inuentæ sunt ad excutiendum de toto cor/pore sudorem. Sunt enim balnea. Ea certe loca quæ aut talem nobis aquis: aut ipso sine fornice igni cale facto lauandi sudandiue usibus deputata thermas uocauere. Nam θερμὸν. græci calidum dixerunt. a θέρος. æstus. Quæ autem proprie ad sudandum loca habentur. ea Seneca in epistolis sudatoria nun cupat. Quid inquit cum sudatoris: Omnis sudor per laborem exeat. In quibus uero descendimus ut lauemur: balneas uocamus & balnearia. Est & ther me ciuitas in thracia. un thermaicus sinus.

Thermopylæ. pen. cor. mons longissimus. qui incipiens a leucade in occidente & in ægæum mari ha ud longe a Demetriade protendês sauces habet an gustissimas iuxta quas calidæ aquæ scaturiunt. Iõ a caliditate portarum nomen inditum est. Pylas. n. portas græci nominant. & thermon calidum. Ibi enim sunt. ut ibi inquit Stra. thermæ ideò calidæ aquæ herculi consecratæ. Liui. li. xxxvi. scribit iu/gum thermopylarum ita mediam græciam dirime re: ut a pennini dorso italia diuiditur. Et quia calli/dæ aquæ in ipsis faucibus sunt. Ideo inquit. Ther mopylæ locus appellatur. nobilis lacedæmoniorũ aduer/sas persas morte magis memorabili q̃ pugna

Thermopolium: locus ubi calida excitamenta & po tiora uænunduntur. Plau. in Cur. tum illi græci pal/liati capite operto qui ambulant semper uideas bi/bentes in thermopolio.

Themefacio: significat esculentis atq; poculentis in gurgitatis & exhaustis in thermopolio calefacio. Plau. in sti. Me hercule uero eo quantum potest ia3 ne exta cocta sunt. qd' thermisecerat.

Thermodoon. siue thermodon cappadociæ fluuius. quæ est regio asiatica. ut Ply. Stra. & Iustinus tra/dunt. Iuxta quem olim Amazones consederunt. Quarum regina ut Diod. refert in hostiis thermo/doontis urbem condidit. Themisciram nuncupa/tam. prius Onyzacha. postea Cæsaream. Est etiam thermodon oppidum cappadociæ. A thermodon. fiunt adiectiua thermodontius. thermodonteus. & thermodontiacus. Vnde pugnæ amazonum appel lantur. Thermodontiacæ. Proper. Qualis amazo/nidum nudatis bellica mãmis. Thermodõteis tur/ba lauatur aquis.

Theron nomen regis hispaniæ citerioris quasi ardês

Thenoma: ulcus uirilium interim & sedis & partium aliarum multo ac nigro sanguine mali odoris atrã fit caro & corroditur. Ex quo nasci quandoq; solet herpes esthiomenos (ita uocatur ulcus) quoniã ser/pendo corpus ossa usq; deuorat inæquale ac coa/no simile.

Therpsicore una fuit ex nouem musis a τέρπομαι qd' est delector.

Thersilochus: nomen uiri proprium.

Thersites: pe. pro. fuit græcus quidam uir. quo nõ de formior alter uenerat ad troiam: linguaue proteruio/or alter. Iuue. Malo pater tibi sit thersites dum mo do tu sis æacidæ similis.

Thesaurus & thesaurum dicitur. Et est ut Paul. iurisconsultus inquit uetus quædam depositio pecuniæ cuius non extat memoria ut iam dominum nõ ha/beat. Sic enim fit eius qui inuenerit: qd' non alteri fit. Alioquin si quis aliud lucri causa: uel metus: uel custodiæ condiderit sub terra nõ est thesaurus cuius etiam furtum fit. Aliquando tamen thesaurus dicit cuius extat memoria & dominum habet. ut in Gel/lio. Vbi est thesaurus. ibi & cor tuum erit. Ponitur interdum pro loco in quo aurum uel alia bona reconduntur. ut est illud. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum thus. & myrrham. capsis uel nasis. Nonnunquam in malã accipitur ut apud Plau. in am. Qui domi uxorem meam in pudicicia impediuit teneo thesaurum stupri. Idem in ru. non. genere pro auro seu argento posuit. qd' quid inest graue quidem thesaurum. hic ego insi/se reor.

Thesaurarium. locus in quo seruantur thesauri Aug. super Psal. Inueniunt nummos & ponunt in the/saurario.

Thesaurizo. as. thesaurum colloco. repono i depositi

Theseus: proprium nomen athenarum regis. ægei. & æthræ filius. Hic uirtutis herculeæ æmulus post p̃ clara ædita facinora extorris patria factus in insu/lam syrum nauigauit. ubi periit interemptus a ui/comede uel ut quidam uolũt ex loco edito post cœ nam deambulando delapsus. Primus instituit athe nis panathenea. hoc est cõmunem celebritatẽ in ho norem Mineruæ quæ græce athena nominatur. Idem in isthmo funebres ludos instituit. Huius ge sta natales & obitum scripsit Plutar. De quo scrip ta fabula est nomine Theseis. Hinc illud rauci tho/se de codri.

Thesis: latine positio figura quæ distinguit sensus o rationis per cõmata. ideò subdistinctiones quas nos uirgula signamus per cola. ideò membra. nos duo bus punctis per periodos. ideò terminos finita sen/tentia puncto. Dicta positio uel positura. quia pun ctis positis conuenientes denotat sensuum partes. uel quia ibi nox pro interuallo distinctionis ponit

Thessalia: regio græciæ quæ sub attica olim compre hendebatur ex una parte Boetiam. ex altera Mace doniam habens. Prius æmonia ab æmone rege. & Pesasgis. & Conargo atq; hellas Vnde Reges hel lenes ut Plynius li. uii. refert. Dicta thessalia a thes salo. æmonis. uel Iasonis & Medeæ filio. Hãc Ho merus Argopelasgicon nominat. Et Stra. libro de cimo scribit dictam fuisse pelasgis sæculis Pyrrhæ a Pyrrha deucalionis uxore. In hac natus est græ cus rex. a quo græcia. Ibi Deucalion cũ uxore Pyr rha. quorum tempore ut inquit Aristoteles. regnante imbrium illuuies maiorem partem populoru thes salię absumpsit paucis qui ad montium culmina se se receperant conseruatis: inter quos deucalion p̃ nasum petierat ratibus q; ad se confugientes per ũ ma pnasi iuga benigne fouebat. propter qd' dictus est genus humanum reparasse. In thessalia sũt mõ tes. xxiiii. quorũ nobilissimi. Pieria parẽs domui q̃ musarum: Pelion & ossa gigantum bello memora ti. item Pindus & Othrys lapitarũ sedes. nec Olym pus. flumina i ea. ut scribit Herodo. sũt Apidanus

Enipeus. Onochonus. Pamisus. Peneus. & Phœnix. A thessalia fit thessalus. a. um. penultima cor. & thessalicus. lica. licum.

Thessalonica pe. prod. urbs metropolis Macedoniæ a qua thessalonicenses dicti sunt populi. Hæc fuit patria theodori Gazæ qui ætate nostra in utraq; lingua doctissimus habitus est. qui e græco in latinum librum de animalibus Aristotelis traduxit. & alia multa opera edidit.

Thesmophoria. i. cerealia latine sacra cereris. q̄ græce dicitur thesmophora. quasi legisera. Prima enim ceres leges inuenisse proditur. quia ante frumentum innentum homines sine lege nagabātur. & ex agrorum diuisione. Primo nata sunt iura. Ouid. Prima dedit leges ceteris sunt omnia munus. Græci. θεσμοφόρον legis latorē appellant. & legiserum

Thespiæ oppidum liberum in Boetia ad radicem parnasi ut inquit Ply. uel ut Stra. inquit heliconi proximum. thespias nobilitauit Praxitelis cupido a Glycerio meretrice ibi consecrata. Hinc thespiades dicte sunt musæ seu nymphæ thespias incolentes.

Thespici: populi sunt græciæ.

Thestylis. nomen proprium mulieris. de qua Virgil. in bucolicis.

Thestor. fuit uir troianus calchantis pater.

Thesiphone. uide retro thisiphone.

Theta: nomen est litteræ græcæ quæ uim detinet. th. aspirati.

Thetis nomen matris achillis. de qua supra in dictione tethys. de nuptiis huius Luc. facit pulcherrimū dialogū: cuius uerba græca ponā mihiq; locoq; latinoq; εἰλίσσω ὦ γαλήνη χθὲς οἷα ἐπῴδησεν ἡ ἔρις περὶ τοῦ λαβέσθαι. & subdit μιλόβιτι πάντα λοιχρυσοῦν ὅλον ὦ γαλήνη ἐπιτέρατα. τὸ δὲ. ὦ κλαὶ λαβέσθω. κἀλιλούμενον δὲ τοῦτο. ὥσπερ ἀμπλιτυδὲς, ἐκεῖ ἔνθα ἔρατο ἔδρεον λίτυ ἔδυνα καὶ λειλίηντο κἀπεσλὰ δέμνια ἀνελόμενος ἐπελίξετο τὰ τετραμμένα

Theuthras: fuit Cilicū ac mysorum rex. a quo (ut theuthramia ægio. & theuthrana urbs iuxta pgamū

Theumesus pe. pro. mōs Boetiæ: a quo Leo theumesius dictus in auditæ magnitudinis. qui omnibus terrori erat: quem Hercules adhuc pene puer occidit: eiq; pellem detraxit qua postea pro pallio semp usus est. Est etiam hoc nomine fluuius & regio. & paruum oppidū in thebanis finibus. Hic Leo a ioue in cœlum translatus dī ut gloriæ herculis consuleret qui eum inermis occiderat.

Theutoni. pe. cor. populi Germaniæ qui & theutōes & theutonici dicuntur. Luc. li. vi. Cantaber exiguis & longis theutonus armis. Hi. ut Pompo. scribit. Loca incolunt prope mare Aciacum Hi duce theutholoco romanorum fines inuaserunt quos Mariꝰ demicit.

Thlasias. dicitur qui habet testiculos attritos.

Tholus. græca dictio. qua significatur uelati sentum breue qd medio intecto ponitur in quo trabes coeunt. & ad quod dona suspendi consueuerūt. Virg. li. ix. Si qua ipse meis uenatibus aut: suspēdiue tholo aut alta aduestigia uexi. Quidam accipiunt tholum pro testudine alicuius ædificii: siue pro domo rotunda. Ouid. lib. vi. fas. Mox didici curuo nulla subesse tholo.

Thorax. latine pectus. unde & munimentum: siue laneum. siue ferreum quo pectus protegitur: thorax appellatur. Stra. li. th. Propugnat pectora thorax. Iulius pol. scribit. Thoracem esse quicqd anterioris dumtaxat partis a collo usq; in coxendicem pertenditur quem conficiunt crates costarum. Qui & ὄλμος hoc est mortarium dicitur. Medici tñ in sectionibus humani corporis thoracem accipiunt inane quiddam in pectore extremas costarum partes utrinq; contingens. Vnde legimus Plynium dicentem. Thoracis uitia purgat. quæ uis intra septa pectoris continentur. Et Cor. celsus docet thoracē tussi obnoxium. Amb. li. hexa. accipit pro ea parte in quam alimenta recipiuntur. Ait. n. thorax ut suscipit alimenta ita superflua ciborum & succos salubres sanguinemq; discernit. Iuuen. pro tunica q̄ tantum pectus tegit cuiusmodi infantes gestāt moris est. Viridem thoraca iubebit. Sue. de aug. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis. & subuculæ thorace lanco & femoralibus & tibialibus munieba tur. Est & qñ thorax turrim significet. & est generis masc. a cuius acso græco θώρακα q dā hæc Thoraca. æ. declinant. Vnde thoracatus.

Thoracatus. qui thorace indutus est. Ply. li. xxxv. pathasius pinxit nauarchum thoracatum.

Thoa: fuit una ex nymphis filia Oceani & tethyos.

Thoas. antis. fuit rex in taurica regione. de quo ouid. li. iii. de pon. Regna thoas habuit mæotide clarus in ora. nec fuit euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit liberi patris filius. & pater Isiphyles Fuerunt & alii hoc nomine.

Thomas. nomen hebraicum uiri proprium.

Thon. thonos. fuit primus qui apud ægyptios medicinam in artem redegit. Alter fuit rex canopi. Thon uero per geminum. oo. fuit uir troianus.

Thoosa. phorci filia. ex qua polyphemum Neptūnus genuit.

Thous: fuit unus ex principibus troianis.

Thracē. es. & thraca. æ. & thracia. Europæ regio inter partes scythiæ posita. Macedoniam sequens. q̄ a septentrione fitrum habet. ab oriente pontum. A meridie ægæum mare. Olim Scython postea thracia a thrace Martis filio: seu ab asperitate dicta Græci. n. θρᾷα χώρα asperum dicūt. Est enim regio ut Pompo. scribit nec cœlo. nec solo. Et nisi qua mari propior est in fœcunda frigidaq; Habet feros homines aspero cultu. In ea sunt urbes celebriores Apollonia. Enos. Nicopolis. Byzantium. perinthos Lysimachia. Calipolis. amnes sunt hebrus & nestos Montes. hemus. Rhodope. & Orbelos. A thracia sunt adiectiua. thrax. thracus. thracius. & thracensis. a thrax fit fœmininum. thrassa uel thraissa diuisa diphthongo. & adiectiuum thraicus & thraicius Item threix quod thracensem iudicat fit fœmininum. thressa. & threissa. Et adiectiua. threicus. threicius. de quibus habentur exempla apud poetas.

Thrasceas uentus qui & thracias & thrasicias dicitur.

Aristoteles. Post argesten uentus fiat thrasceas spi
rat inter septentrionem & occasum solstitialem.

Thrasyllus: nomen uiri proprium. & latine dicit te
merarius: audax.

Thrasybulus: uir athenlensis. de quo æmylius prob⁹
ait. q si pse uirtus ponenda sit dubito an hunc pri
mum omnium ponam. Illud sine dubio nemmem
huic præfero fide: constantia: magnitudine animi.
& amore in patriam. Hic athenas a triginta tyran
nis oppressas in libertatem redegit. Fuit & alius
Milesiorum tyrannus.

Thrasymedes: fuit filius Nestoris.

Thrasus: nomen uiri. quod apud nos fiduciam signi
ficat quæ græce. θράσος. dicitur.

Thrasumenus. pe. pro. lacus in agro perusino: quem
semel totum arsisse scribit Plynius libro secundo. d
hoc Ouid. libro sexto fas. Sunt tibi flaminus thra
sumenaq; littora testes

Thraso. nomen uiri proprium apud terentum.

Threnos: generis neutri. latine dicitur lamentum qđ
in funeribus fit: quo primum Symonides usus est
apud græcos. θρῆνος. n. planctus dicitur.

Threnodia. cantus lugubris.

Thrips. tinea. ἀπὸ τοῦ θρίπτειν qđ significat terere
id est frangere.

Thryius. untis. urbs In helide. A thriunte athenlensi
conditore dicta. Est & fluuius helidis qui in alphe
um decurrit. de quo Home. li. ii. ili. Meminit.

Thronus. a nostris sedes siue solium dicitur. quanuis
in scripturis sacris throni quandoq; non pro cathe
dris sed pro uirtutibus aliquibus in cælestibus in q
bus Deus semp sedeat quasi i quadriga sua ponat.

Thryas: bacchi sacrificula.

Thucydides. is. &. dæ. ppriũ nomen historici græci.

Thyasas dicitur saltatio & chorea dicit quæ baccho
exhibebat. a θύω sacrifico. Virg. Instituit daphnis
thyasos inducere baccho

Thyestes fuit filius Pelopis ex hippodamia. & Atrei
frater ac tantali nepos. de quo Poetæ scripserunt.
Inde thyesteus. a. um. Ouid. libro decimoquinto.
me. Ne ue thyesteis cumulemus uiscera mẽsis.

Thyella. a nostris dicitur procella. ponturq; ab Ho
mero pro una harpyarum.

Thurinus: genus est piscis marini. thurinum oppidũ
inter duos amnes cratim & sybarim ubi herodo. cõ
didit thystoriam. Thurini populi sunt. quos Ply.
in tertia italiæ regione collocat.

Thurion: ciuitas fuit in sinu tarentino. quæ ut quidã
putant ea etiam thurana uocatur.

Thunnus. per duplex. nn. nomen piscis.

Thus & thuscia uide in dictione thus.

Thymbra: genus herbæ aromaticæ abundans i phry
gia. quam thymalem uocamus. Virgilius libro. iiii.
Ge. Et grauiter spirantis copia thymbræ. Herba
hæc est calida & sicca & latine dicitur. satureia. a sa
tyris. q sint in uenerem trinus hæc animalia pna.

Thymbræus appollo dictus est ab agro troiæ uicio
thymbræ pleno in quo eius est & nemus & templũ
sane quia θύμβρα. in deriuatione enim in diphthõ
gũ sæpius mutat: ut αὖρα αὕρας. λάμπω. Dicæ?

θρέπτα cretæus. Vel thymbreus qi. ἀπὸ τοῦ θύμβρα λάζειν
hoc est imbres excitans.

Thymele pe. cor. nomen mulieris quæ prima saltatio
nes in scæna docuit. Græci thymelen scænã uocãt
hoc ẽcã theatri ptem: ubi gestiãt histriões. Mar.
Qua thymelen spectas derisorẽq; latinũ. Suidas scri
bit fuisse aræ in theatris thymelen.

Thymelici: ludii histriones. Vnde a Victr. dictus est
Scænici & thymelici. græce seperatim nominantur i
decretis. dis. ult. de cõle sacerdotes admonens. de cõ
uinio surgere debere anteq; thymelici ingrediantur.

Thymiama. atis odor suauissimus Thymi naturam
referẽs. Hoc incendebat in sacrificiis: appellabantq;
græci Thymiateria uasa odorę quę maiores nostri
acerras dixerunt.

Thymus & Thymũ herba apibus gratissima. Virg.
Dumq; thymo pascentur apes: dum rore cicadæ.
Macer. Si desit thym⁹ p thymo ponet thymbrã sci
piunt medici. Sunt autem duo thymi genia Albi. s.
& nigrum. Vnde bithymum mel qđ ex utroq; thy
mo collectum est. Et thymus ut inquit Iul. Pollux
uermicula est ægyptiæ fabæ magnitudine scabra &
subrubens sanguine cuius sũma ps ut celsus inquit
florem thymi reprãtat in genitalibus sede femin⁹
palmis & inferioribus pedum partibus.

Thymallus: genus piscis precioſi de quo Ambr. li. he
xa. Neq; te in honoratum nostra persecutione thy
malle dimittam: cui a flore nomen inoleuit seu Ti
cini unda te fluminis seu amœni athesis umbra nu
trierit flos es. Quid specie tua gratius: qđ suauitate
iucundius: q đ odore fragrantius. Quod mella fra
grant: hoc tu corpore tuo spiras.

Thyoneus: cognomen bacchi quod a θύω p sacri
fico deductũ putant. qđ illi adhuc inter humanos
uersanti sacrificia reddebantur.

Thyræ ciuitas messeniorum. Sed diuus Augustus la
cedæmoniis adscripsit. q Messenii cũ antonio sen
tire uiderentur Papi. Et lacedæmonium thyræ lo
tura cruorem. Hinc Thyreaticæ spartanorum co
rollæ quædam appellatæ. Sciendum est thyræ nu
mero plurali genere neutro per synæresin esse. τὰ
θυρέα καὶ θυρέ. ἐστὶ si numero singulari. Thyra
quoq; dici potest Strabo Thuriam appellat. Est &
Thyreum oppidum in arcadia. thyræ etiam græ
ce latine hostia dicũtur. A quo thyridion hostiolũ.

Thyrsis nomen pastoris proprium.

Thyrsus: uirga & caulis cuiuslibet herbæ. præsertim
lactucæ. Plynius. Inuentum omnes thyrsos ad so
lia lactucarum prorogare urceis conditos ac recen
tes in patinis. Idem. Folia lactucæ tosta thyrsusq;
ex aceto bibuntur. Alii accipiunt thyrsum pro ha
sta aculeata bacteris obtecta quas in orgus bacchi
ẽis quatiebant. tacitus. Messallina crine fuso thyr
sum quatiens. scribit Diodo. Dionysium in exerci
tu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macro. ac
Liberum patrem tenere thyrsum quod est lateris te
lum cuius mucro hædera lambente protegitur. Va
de Thyrsigerus dictus est bacchus. Seneca in Me
dea. Candida thyrsigeri proles. Lucretius accipit
thyrsum pro furore seu ardore & instinctu. cuj ac.

Percussit thyrso laudis spes magna meæ cor.

Thysbe.thysbes.nomen puellæ babilonicæ. De qua Ouidius.

Thyssagetæ.populi fuerunt in scythia ultra sauromatas. In horum agro sunt quattuor flumina.uidelicet.Lycus.Oarus.tanais & syrgis.

Tiara generis fœminini penultima producta. Ornamentum capitis persicarum prius mulierum. Quo postea usi sunt reges & sacerdotes. Iuuenalis. Et phrygia uestitur bucca tiara. Virgilius per usurpationem dixit. Sceptrumsacerq; tiaras. Hieronymus ad Fabiolam. Quartum est genus uestimenti rotundum pileolum quasi sphæra media sit diuisa. & pars altera ponatur in capite. Hoc græci & nostri tiaram nonnulli galerum uocant. Non habet acumẽ in summo: nec totum usq; ad comas tegit. sed tertiam partem a fronte in opertam relinquit: atq; ita in occipitio uitta constrictus est. ut non facile labatur ex capite.

Tiatira.urbs in Mysia ad sinistram Caici fluminis partem: Quæ fuit una ex septem ecclesiis. Ad quas Iohannes apostolus scripsit apocalypsim.

Tibia proprie os cruris oppositum suræ. Item instrumentum musicum quo tibicines canunt. sic dicta q; primo ex gruum tibiis facta sit a quibus nomen habet. tum ex harundinibus. facta sit. Hor. Tibia non ut nunc onchalco iuncta tubæq;.

Tibialis & hoc.tibiale quod est idoneum ad tibias faciendas. Plynius. tertia harundo est tibialis calamus quem auleticon uocant.

Tibialia.substantiuum.dñt uelamenta tibiarum. qn etiam arma quibus crura muniuntur tibialia uocantur. Suetonius de Aug. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & subuculæ thoracæ laneo & seminalibus & tibialibus muniebatur. Paul.iur.cõ. Si tibiale uel humerale miles alienauit castigari uerbe tibus debet.

Tibicen pe.p.qui tibia canit. Dicitur & tiblcina fœminino genere. Gel. Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. Mar. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Et tibicines in ædificiis appellant columnellæ quibus rustici tecta sua fulcire solent a similitudine tibia canentium qui ut cantantes sustineant. ita illi ædificiorum tecta. nec habet in hoc significato nisi ablatiuum in singulari. Iuue. Nos ut bem colimus tenui tibicine fultæ. Quicquid etiam in sustentaculo alterius ponitur. tibicen dicitur. Ouidius libro quarto fas. Hæc modo uersabat tantem tibicine telam. Vnde Virgilius. per translationem suæ hemistichia tiblcines uocauit. Ipsæ quoq; particulæ quibus uersus replentur tibicines a grammaticis appellantur. Virgilius. Sic forte precatur. Nam forte uacat.

Tibareni ut Herod.li.3.testat.fuerunt populi scythici in asia. De quibus Hiero. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis.

Tiberius nomen imperatoris romanorum Augusti successons. tiberii autem ex eo dicti sunt q; iuxta tiberim fluuium nascerentur. Vnde & p.y.scribi solꝫ

Tibisis:fluuius in scythia.ut auctor est Herod.li.iiii.

Ticinus:fluuius insubriæ in eridanum fluens. a quo ticinum urbs quæ nunc papia dicitur. Insignis diui patris Augustini corpore. Serenus. penultimam huius nominis corripuit. cum ait. Alia præcepit ticini sententia necti.

Tignus masculini generis. & tignũ neutri. trabs qua uarie dispositа domus extruitur. Et proprie cui superponitur tectum a tegendo nomen deductum. Et tigni nomine omne genus materici ex qua ædificia constant continetur. Sed & in uineis tigni appellatione omnia uineis necessaria continentur. ut puta perticæ pedamenta. Hinc contigno.as.quod est tignis tectum iungo. Plynius libro nono. Alexandri magni classium præfecto prodidere in domibꝰ fores maxillis bæluarum scilicet balænarum facere ossibus tecta contignare ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta. Et cõtignatio textura ipsa trabium ac tignorum. Coassatio uero assium dicitur.

Tignarius:faber.non solum is qui tigna dolat.sed etiam qui solaria lignea hoc est qui trabes: cæteraq; ad tabulata domus utilia. & omnis qui ædificat intelligitur inquit Caius.

Tigillus.diminutiuum est a tignus.tigillum a tignũ sicut sigillum a signum.

Tigranes.is.& tigranæ.penultima producta propriũ nomen regis medorum. seu maioris armeniæ. Luc. libro secundo. tigranemq; meum. nec pharnacis arma relinquas.

Tigrana:urbs in media regione.

Tigris animal uelocissimum & truculentum a uelocitate nomen trahit. Nam Medi tigrim sagittã appellant. Abundat hyrcania tigribus. Virgilius. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Arthianus qui res gestas alexandri condidit tigrim feram indicaꝫ nõ eam esse uoluit. quam uulgus tigrim nominat. sed hanc esse thoa. Tigrim uero equi magnitudine. flumenq; magnum. tigris etiaꝫ appellatur propter uelocitatem qui instar belluæ nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiso exiens iuxta scripturæ fideꝫ. pergensq; contra assyrios & post multos circuitus Iosepho teste in mare rubrum defluit. Solinus. tigrim fluuium in armenia caput attollere dicit in loco edito ex lucido conspicuoq; fonte. Nec ab exordio statim totum esse. primo pigre fluere non cum suo nomine. At cum fines medorum inuectus sit. tigriꝫ statim uocari. Arecusam lacum influere grauia põdera sustinentem cuius pisces nunquam se alueo tigridis immiscerent. sicut nec amnici stagnum attingant arecusæ. Mox arabas preterfluens mesopotamiam amplectitur. & hidaipem accipiens euphratemq; defertur in sinum persicum. A tigri fluuio dicti sunt transtigritani. qui trans tigrim habitant. sicut transpadani. Et tam pro fluuio quam pro animali. tigris. uel tigridis gẽ facit.

Tigurini fuerunt populi germaniæ qui quartam partem helueticæ continebant.

Tile nomen duarum insularum. quarũ una est in oceano inter septentrionalem & occidentalem plagaꝫ ultra britãniam quæ ultima fuit ex cognitis a roma

nis. Virgilius li. primo Ge. Tibi seruiat ultima tile. In ea solstitio æstiuo nullas esse noctes Ply. tradit. Econtrario ut Solinus refert brumali solstitio nullus pene dies. Vltra eam pigram & concretum mare esse ferunt. Altera in africa contra sinum carthaginis. sunt tamen qui scribant thylen per. y.

Tilos insula est ut scribit Plynius libro sexto cum oppido eiusdem nominis in mari indico celeberrima plurimum margaritis. Ipsa fert palmas. oleas creat uineis abundat. In ea omnis arbor nunquaz foliis spoliatur. Mons Caucasus non longe ab ea incipit qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem insula habet lanigeras arbores ut scribit Plynius libro. xii. Quæ cotonei malli ampii nidi nec cubitus & matutitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas ex quibus uestes prætiosæ fiunt.

Tilia. arbor quam græci phyllira appellant. quanuis & ex aliis arboribus tiliæ dicantur. Nam de interioribus corticis ulmi tunicis e quibus uincula tiliæ uocantur. Vnde Plynius de ulmo differens. Corticis inquit interiot tilia lepras sedat. De arbore tilia Virgiliius libro. secũdo Ge. Nec tiliæ leues: nec torno rasile buxum. Hinc. riliaceus. a. um. unde fasciæ tiliaceæ. Iul. Capitolinus de antonino pio. Cum senex inquit & longus esset. incurvareturq; tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur.

Tilium. urbs littoralis a latere occidentali sardiniæ.

Timauus penultima producta nomen fluminis iuxta aquileiam. Qui e montibus delatus decidit pro fundum. deinde infrà terram absorptus fiad. circiter. xxx. & centum erumpit in mare.

Timæus: nomen proprium philosophi locrensis. cui diuinum illud opus plato inscripsit in quo de rerum creatione differt. qđ Cicero postea latinum fecit

Timarchides: nomen uiri proprium compositum ex τιμὴ q est honor &. ἄρχοντος. principis. facitq; in genitiuo timarchidis & timarchidæ.

Timantes: nomẽ pictoris celeberrimi. parrhasii æmuli. Inter eius uero ingenii monumenta Iphigeuia oratorum laudibus celebratur.

Timor. ut Cicero. libro quarto tus. inquit. est metus mali appropinquantis.

Timeo. es. mui. uariis modis construitur. Dicimus enim. Timeo te tanquàm inimicum. Timeo tibi rã quam amico ne quid mali tibi accidat. Teren. Pamphili uitæ timeo. Timeo mihi abste. Idem. Heimihi timeo a ehryside. Inuenitur etiam eum ablatiuo mediante de. Ouidius libro quarto fas. Nec timui de morte tamen metus abstitit. Item dicimus. Timeo furem tauro. Iuuen. Cum furem nemo timueret caulibus aut pomis. Et timeo mihi abste mortem. Sciendum est hoc uerbum timeo idem efficere. uel cum negatione uel sine ea. ut timeo ut moriatur. & timeo ne moriatur. Hoc idem facit Metuo Vereor & huiusmodi. Composita sunt. Extimeo qđ ẽ uel de timeo. Plau. in cis. Extimuit tum illa. hinc extimesco. Ci. in Cato. Quod igitur adolescentes & hi quidem non solum indocti. sed etiam nulici contemnunt. id docti senes extimescunt. Pertimeo simpliciter ualde timeo. Idem libro secundo ad heren. De

sensor si pertimuerit: magnitudine periculi non cõscientia peccati cõmotum se esse dicet. Si non pertimuerit: fretum innocentia negabit se esse cõmotũ. Hinc pertimesco Lact. iibio. tertio. Quare non est q philosophis tantum honoris habeamus: ut eorum eloquentiã pertimescamus. Hieronymus huic uerbo addidit ualde. Ex quo timeo. & ualde pertimesco. Prætimeo. ante tempus timeo. Lactã. libro sexto. Nam parcere. i. deest mediocriter uti pecunia. quasi quædam animi pusillitas est: aut prætimentis ne sibi desit. Plau. in am. Humana matre natus. humano patre mirari non est æquũ sibi si prætimet. Et habent ti. syllabã cor.

Timens & timidus. sic differunt quia timẽs ex causa & ad tẽpus timet. timidus sẽp timet.

Timotheus. penultima correpta nomen proprium cognonis athenien sis filii qui acceptam a patre gloriã multis auxit uirtutibus. Fuit enim diligens impiger laboriosus. rei militaris peritus. & quod super oia ẽ εὐτυχὴς. i. fortunatus iperator habebatur. cui sta tua publicitus in foro athenis posita est. ob victoriam qua uictis lacedæmoniis impenũ atheniensium auxit. Post huius obitum non fuit quisquam fere athenis dignus memoria. Fuit alter Timotheus in arte tibiarum clarus quem ferunt duplices ab his quos alius instituisset solitum exigere mercedẽ quã si rides traderentur: geminatum sibi opus dicebat dedocendi ptius. mox docendi. Dictum timotheus ex τιμὴ honor. & θεὸς deus.

Timon apolloniates philosophus. qui apud chalcedoniam philosophiam & oratoriam exercuit. charus Ptolomæo philadelpho. Scripsit tragœdias & comœdias. & satyras. Dictus amarulentus. & mordax syllorum ideò dicacitum scriptor. de quo Gd. Timon amarulentus librum maledicentissimũ contra scripsit qui syllos inscribitur. Fuit & alius Timon athenien sis qui ob naturæ asperitatem in humanã ac inhospitalis appellatus est. & Misanthropos. i. osor hominum. Fugiebat enim hominum congressus atq; colloquia præter unius Alcibiadis. in cuius sepulchro hoc erat epithaphium. quod ipse sibi fecit. Hic sum post uitã miseramq; inopemq; sepultus. Nomen non quæras Dii lectorte male pdant.

Timoniacus. fuit pictor byzantius cæsaris dictatoris ætate qui aiacem cæsari pinxit.

Timoleon. uir corinthius clarissimus cõsum iudicio i qui oppressam a tyrãno patriam liberauit. de quo Plutarchius multa scripsit.

Tinea uermiculus est qui de carne editus uestes aut libros abrodit. Hor. ad librum. Aut tineas pasces taciturnus inertes. aut fugies uricam. aut mictus mysteris ilerdam. Et i ecclesiastico. De uestimentis procedit tinea & a muliere iniqtas uiri. Item tineæ uitris aialia sunt. Elmithes græci dicunt i intestini recti extremo repertæ. Has celsus lumbricos appellat. Item Tineæ sunt uermes ĩ aluearibus apibus noxii. Col. lib. x. Præterea ut tineæ si apparuerint euertantur: papiliones q enecentur. qui plerunq; iter aluos morantes apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt. & stercore suo uermes pgenerant quos

aluorum tineas appellamus. Hinc Tineosus.a.um ut aluei tineosi apud Col.li.x.

Tinia:uasa uinaria apud antiquos fuere ut inquit Festus. Nonius tinas appellauit apud quos grandiora non erant ueluti apud nos sub hoc uocabulo habentur. nec ad eos usus parata. His namq; e ligno fabricatis musta cum uinaceis nostra ebulliunt. apd ueteres autem inter epitrapezia numerantur.

Tinio.is.iui.itum: proprie de metallis dicitur cū ex eorum pulsatione sonus efficitur. Tinnit. enim aurū argentum. æs. ferrum: stannum. aurichalcum & huiusmodi.

Tinulus.a.um. pe. correpta qđ est acutus: ut uox tinnula: & sonus tinulus. qui redditur ex æneis uasis cum pulsantur. Ouidius. Tinula quæ æra sonant. & olent myrrhæq; crociq;.

Tintino.as. pe. correpta. ut tintinatur apud Catul. in carmine sapphico. Dicitur & tintino.is.iui. Aſra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinnabulum & tintinale instrumentum æneū mulgo campanellus: nomen factitium a uoce quam facit tintin. Iuue. Et tintinnabula dicas pulsari nemo tubas.

Tingo.is.xi.ctum. uel tinguo. significat inficio macdefacio immergo. Mar. Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis. Lact. libro quarto. Cum primus coepit adolescere tinctus est a Ioanne propheta i iordane flumine. Virgilius. Quid tantum oceano properent se tingere soles. i. immergere. Huius compositum est intingo Plynius. Omnibus quæ condiuntur: quæq; intinguntur desyderatus fœtorem tollit manducatum.

Tinctura infectio Ply. libro. xxxvii. Adulteratur maxime tinctura. idq; in gloria regis ægyptii adscribitur qui primus eam tinxit.

Tinctile penultima correpta quod intinctū æ. Ouid. in trist. Et tinctile uinum. f. quod intinctum est spiculo sagittæ.

Tiphernum. ciuitas umbriæ quæ nunc ciuitas castelli dicitur nobilis alumno gregorio græcis latinisq; litteris apprime docto. sicuti eius opera eloquenter elucubrata manifestant.

Tiphis: nit arte carpentaria celebris qui primus gubernandi naues adminicula instituit. Seneca i Medea. Tiphis in primis dominor profundi. apollonius i principio. Τίφυς δ' ἁρπάλιος ἁρμοσιφαὴς πηδάλιον λαιψηρὸν ἔμμορε. ibi autē ἡγεμών & alii interpres ἀναβὰς μὲν ἐν ἡμέρᾳ τῷ ἡλίῳ πυκνὸν δὲ πρόσωπον τῶν ἀστέρων τηρήσειν τὸ πλοῦ πλημμέλησθαι

Tipula penultima correpta uermis sex pedes habens: sed tantæ leuitatis ut super aquam currens non desidat. Plau. Neq; tipulæ leuius pondus est quam fides lenonia.

Tiryns.tis. generis masculini. fluuius est in argo. Tiryns generis fœminini. nomen est patriæ herculis in peloponeso quæ prima argo a Plynio tiryntha uocatur. Vnde & hercules tirynthius appellatus est. quanuis thebanus quoq; dicatur.

Tisiphone. pe, cor. ultricem cædis significat. Est enim una ex furiis a cædib⁹ plectēdis dicta. τίσις ultio uel pœna. φόνος uel φόνη cædes. aut mors cui cura sit mortis ultio. Hor. in Ser. Seruilibus utq; iam peritura modis hecaten uocat altera sæuam: alteta tisiphonem.

Titan. & titanus penultima pro. Saturni frater. cœli uetæ filius. qui etiam pro sole ponitur. quoniam a Titanibus duxit originem. Tradūt titanas sex fratres fuisse & quiq; sorores a Titea matre dictos ut auctor est Diod. Ex quibus unus fuit Iapetus pater promethei. hiperionq; ex titanuꝫ numero est q solis ac lunæ stellarumq; motus obseruasse atq; demonstrasse primus fertur. Ideo solis patris & astrorum fertur. Hinc sol titan. luna titania a poetis dicuntur. Ser. sic habet. Ferunt fabulæ titanas ab ira ta contra deos terra in eius ultionem creatos. Vnde & titanes dicti sunt. ἀπὸ τοῦ τίσεως. i. dest ab ultione.

Titanus. Saturni frater. Quo etiam nomine dictus ē mons thessaliæ a candore dictus. Titānis. idis. dicta est Luna.

Titio. lignum adustum qui ab igne extrahitur. ut est apud Esaiam. Noli timere & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum.

Titillo.as. per blandimenta ingero prouoco commoueo. ut sit cum quia carnis pruritum sentit. Nam titillari dicuntur sensus quando mouentur gestinntq; uoluptatis dulcedine. Translatum uerbum a titillatu alarū ubi dulcedo scalpendi est sicut scribit Ply. libro. xi. Lact. libro sexto. Ergo illecebræ istæ uoluptatum arma sunt illius cuius unum opus est expugnare uirtutem: iustitiamq; ab hominibus excludere. His blandimentis & suauitatibus titillat animas. Scit enim quia mortis fabricatrix est uoluptas. Ci. in Cato. At non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titus: prænomen romanorum est a τίω honoro.

Titulus. Index cuiuscunq; operis. Vnde in statuis siue picturis titulum dicimus litteras quæ uel artificis uel eius cuius statura uel imago est nomen demonstrat. uel tempus quo factum est declarat. Sue. Plurima & amplissima opera incendio consumpta restituit. sed omnia sub titulo tantum suo ac fine ulla priſtini auctoris memoria. Item titulus libri dicitur. qui uel qualitatem operis: uel nomen auctoris: uel numerum ostendit. Mar. Primus ubi est inquis cum sit liber iste secundus. quid faciam si plus ille pudoris habet. Tu tamen hunc fieri si mauis regula primum unum de titulo tollere iota potes. Ouidius. Legerat huius amor titulum nomenq; libelli. Dictus titulus a tuendo. quasi tutulus q tuetur factum auctoris. & si quis alterius opus esse contendat. ueri opificis indicet nomen. Per translationem quandoq; ponitur p laude & dignitate. Ouidius libro secundo fas. At tua prosequimur studioso pectore cæsar. nomina per titulos ingredimurq; tuos. Aliquando pro monumento. Apul. Auorum & proauorum titulus clarus. Tituli etiam dicti sūt milites quasi tutuli quod patriam tuerentur. Vnde & titi prænomen est ortum. Persius. Hic nec more pbo uideas nec uoce serena. Ingētes trepidat titos

Titulo.as:titulum imponto. Hiero:in prolo. sup ps. Sciendum est.cl.psalmos Dauid cecinisse quanuis aliorum nominibus titulentur.

Titubo.as.pe.cor.proprie pedibus insistere nequeo quales sunt ebrii.aut infirmi.Quintil. Sed ingulatim uulneratum:titubantem straulli. Transfertur ad animum ut apud eundem. Neq; ulla unquam tam facta fuerit dicendi facultas quæ non titubet aut hæreat quotiens ab animo uerba dissentiunt. Titubat quoq; lingua & dentes dicuntur. Lact.de ira dei. Arescant oculi.os tremat:lingua titubet.dentes cōcrepēt

Tithymalus pe,cor.genus fruticis quæ a nostris lactuca marina dicitur.Col.li.x. Tithymalus maiorū quoq; animalium uentrem soluit. Idem paulo supra. Maximusq; uel minimus annuus earum labor est initio ueris quo tithymali florent frutex.

Tityrus penultima. cor.nomē pastoris.& apud nos ancē maior dicitur.

Tityus. Iouis filius. De quo Virg.li.vi. Necnon & tityon terræ omnipotis alūnum cernere erat. Hic ut ferē in fabulis cum latonæ uim inferre uellet ab Apolline sagittis confossus apud inferos magno cū cruciatu demersus fuit.Ouid.li.i.de pon. Sic in consumptum tityi semperq; renascens nō perit ut possit sæpe perire iecur. Huius magnitudinem corporis poetæ dixerunt fuisse nouem iugerum. Vnde Tibul.Porrectusq; nouem tityus per iugera terræ. assiduas atro uiscere pascit aues.

Tithonus pe.pro.fuit Laomedontis filius.Qui ut fabulæ ferunt cum iuuenis esset & decorus ab aurora dilectus & raptus fuit. Ex qua Memnonem genuit sed tandem post longissimam uitam audita Mēnonis filii morte in cicadam uersus dicitur.dicente historia. Longa tithonum minuit senectus.

Tmolus pe.pro.Mons lydiæ ut scribit Ply.li.v.croco florentissimus & uitibus consitus. Seruius scribit eum esse ciliciæ.de quo Ouid.Riget arduus alto tmolus in ascensu cliuoq; extensus utroq; fardibus hinc.illic paruis finitur hipeppis. Est ergo iuxta sardis quæ urbs ex herodoti plynioq; testimonio in lydia est. A quo & nomen flumini datum ē ply.li.xxxiii. Non solitum inueniri nisi in flumine tmolo. Apud Col.li.quarto. Tmolus uidetur esse genus arbusculæ cuius flore sint crocei. A poetis tū quandoq; superaddi.i.post.t.innenimus. Ouidi⁹.li.vi. me. Deseruere sui nymphæ uineta timoli.

Tocos a tacto pario est id qđ corrupte dicimus stocus. ꝑposito.i.sicut fœnus a fœtu.

uaor ãt. Ply. li. 7. Corpore neſcos eſſe ſed eximiis
uiribus. Hinc naſculi male curati & graciles hoſtes
nũcupant. Et araneæ telæ ueſcæ dñr. Serui⁹ qui
frondes ſalicis ueſcas, p teneris & arentib⁹ expo/
ſuit iure inceſſitiniſi p gracilibus & male hãtis ac
ceperit. Fere. n. q̃cũq; macilẽta & male curata ſũt
hæc tum ſicca eſſe tum tenera. i. in iuriis obnoxia.
i frangiq; atq; pati mollia.

Veſcor. eriſ. ppne cibo utor. Virgil. Veſci ẽnea ſil
& troiana iuuẽtus. ppetui terga bouis. Et ſic con/
ſtrui põt cũ actõ. Hic. i Leui. Vt offerat p ſe duos
paſſeres uiuos quos ueſci licitũ eſt. Impropne pro
utor alibi poſuit. Quod ſi facta nitũ ſeruãt & ſi ue
ſcitur aura ætherea. Ponit q̃q; p Video. Actꝰ.
Prius q̃ infans facinus admittat oculi ueſcũt titi.

Veſſica. pe. p. folliculus iquo uria colligit ifra aluũ
a priore pte Caper tñ Veſica. p. n. pferri cẽſet q
nõ ſit ſine uento. Hor. Et diſploſa ſonat q̃tũ ueſſi
ca pepedit. Hic. tñ & Veſſicã. & diminutiũ Veſ
ſiculam appellat id quo aues cibũ cõtinẽt: ut in le
uiconico. Veſſicula gutturis & plumas proiiciet
prope alcare.

Veſta. Saturni filia exope. quæ pro terra quandoq;
ſumit: eo q rebus omnibus neſtiatur. ſeu quia ui/
ſua ſtet. Ouid. li. vi. faſ. Stat ui terra ſua ui ſtando
ueſta uocatur. Ser. Veſta dicta ἀπὸ τοῦ ἑστάναι. ut
digomos ſit adiecta ſicut er. uer. Enetus uenetus.
Interdum ponitur pro igne. Idem. Nil aliud ue
ſtam q̃ ueram intellige flammaz, quia ignis ſiue
flammæ dea eſt. Et quidam dicunt nihil aliud: a
neſtalibus uirginibus in æde ueſtæ q̃ in extingui/
bilem ignez aſſeruari. Qui ſi forte fuerit extinctus
nequãquã reparari fas erat ex hoc igne humanis
manibus elaborato: ſed accenſa per ſomites ex ſo
le flamma purus & cæleſtis ignis eliciebatur. Fuit
etiam hoc nomine uirgo perpetua cui ueſtales uir
gines ſacrificabant.

Veſtibulũ. a ue particula quæ diu ſignificat. deduci
tur. Eſt enim locus ante ianuaz domus uacuꝰ. per/
quez a uia ad ædes itur. Plautus in muſ. Vide ue
ſtibulum ante ædis hoc & ambulacrum cuiuſmo/
di. Naz qui domos amplas antiquitus faciebant
locum ante ianuam relinquebant qui inter fores
domus & uiam medius eſſet. In eo. loco qui do/
minum eius domus ſalutatum uenerant priuſquã
admitterentur: conſiſtebant. aqua conſiſtione &
quaſi conſtabulatione ueſtibula appellata ſunt ſpa
tia inquibus multum ſtaretur. ab aduenãtibus pri
uſquã intromitterentur in domum. Alii ueſtibu
lum a ue. priuatiua deduci uolunt referentes non
ad eos qui aduenium: ſed ad eos qui in domo cõ/
manent quoniam illic nunq; conſiſtant ſed ſolum
tranſitus cauſa adhunc locum ueniunt exẽdo ſeu
redeundo ut ſit ueſtibulum non ſtabulum ſicut ue
ſanus non ſanus. Poteſt etiam dici ueſtibulum pri
ma pars ianuæ. q ianuam ueſtiat tuel ut Ouid. ait
a ueſta. q ea potiſſimum pars in ædificio ſit ueſtæ
conſecrata. Ideo puellæ cum nubunt non tãgũt
pede ueſtibulum ne numini dicatum locum cali
cantes ſacrilegium committant. Luc. Tranſlataq;
uetat contingere limina planta. Nam in primis
ingreſſibus & in ſpatiis domorum ueſtæ. hoc eſt
aræ & foci ſolebant haberi. Ouidi. lib. vi. faſ. Hic
quoq; ueſtibulum reor dici unde pcamur quam ſa
mur ueſtam quæ loca prima tenet.

Vestis a uelando ꝙ corpus. uelet: seu a uellere. quod est uniuersæ ouis lana. Et est generale indumentū tam uirile ꝙ muliebre quo contiuentur omnia lanea linea serica bombycina ꝙ induēdi ꝑcingendi tegendi amiciendi insternendi accubandiq causa apparata sunt: & quæ successionis iure cedūt. quæ sunt Iustitiæ picturæ clauiq ꝙ uestibus insuuntur Ponitur interdum Vestis pro barba. Vnde Inuestes imberbes appellant.

Vestio. is. iui. itū aueste fit. sed transfert etiam ad alia Et plærūq constructus cū sblstiuo. Cic. de natura deorū. sd oculos transtulit cū ait. Primum oculos membranis tenuissimis uestiuit & septe quas primū per lucidas fecit. Col. li. v. sd arbores. Vbi se frondib⁹ uestierint teneris caulib⁹ nec dū adultis modus adhibendus ē. Hiero. sd patetes. Qui domos in arboribus uestiunt. Huius composita sunt. Conuestio circūuestio. Superuestio. Ply. li. xvi. Imagines rerum tenui folio breuiq & uiridi saperuestiēs.

Vestiarium: locus in quo uestes uel seruant uel uendunt. Aliquando uestitus uestiarii nomine uestitus intelligitur. Vide iudictione. Calcearium.

Vestiarius ꝙ uestis rio ꝑtinet ad uestes nūdit.

Vestispicus. & uestispica. pe. cor. seu⁹ siue ancilla custodiens uestis. ꝙ frequenti diligentia uestes inspiciant. Plau. Tum familia tota uestispici iniector sui custos. Afra. Noui non iuscism ancillulam uespere & uestispicam.

Vestiplicis: mulier quæ complicat uestes.

Vesticeps: puer qui iam uestitus est pubertate: qui barbam emisit.

Vestissimus. s. um. quod est optime uestitū. Col. li. viii. Id pecus ꝙis ex omnib⁹ animalib⁹ uestissimum: frigoris tamen impatientissimum est.

Vesper: prostella quæ Venus dicitur. seu pro ultima parte diei generis mas. Sta. lib. x. The. Sed uesper opacus lunares iam ducit equos. Sed & apud antiquos fœ. generis inuenitur. Hæc stella etiā uespertugo & uespers aistinis & uesperus seu hesperus a græcis dr. Virg. Ite domū saturæ uenit hesperus ite capellæ. Est autem uesper æmulus solis & lunæ Sed cum solem ꝑcedit dicitur lucifer: ut alter sol. Et ante ortum. solis apparet in oriente. & ī occasu solis refulgens uesper appellatur quasi uicem lunæ reddens. Videturq in occasu statim postq̄ sol occidit. Idem iubar a pacuuio appellatur. Sed & hic uesper. hoc uesperum: & hæc uesperis sb substantiis usurpatis pro sero diei quo ea stella apparet seu apparere solet. Hiero. ī Leui. Qui tetigerit mortuina eo⁹ īmundus erit usq; ad uesperē. Aug. Iā si placet audiam⁹ illā manē rapientem: sd uesperā. escas diuidentem. Hinc fit sduerbiū uesperi. qd fit principio aduentus noctis. Id tēpus græci ἑσπέραν uocant. Inuenitur ēt: uesper. a. um. Vnde cū uesperū dicim⁹ neu. gēre. itelligim⁹ tps. Ply. li. xviii. His horæ rigādi mstutina atq uespers. Idem Matutinum tempus sic uesperum.

Vesperti⁹. s. ū. qd fit uespi. nō ortōue uesperti dicim⁹

Vesperare est uesperam fieri. Gel. Tsur⁹ phus accepiebat nos athenis cœna plærūq ad id diei ubi iā uesperauerat. Id. n. ē tempus isthic cœnandi.

Vespascit: serū diei fit. squo Aduespascit: & Inuespascit. Ter. Cur uxor non accersitur? iam aduespascit. Liui. li. xxxix Iam inuespascebat.

Vesperna. cœna apd ueteres dicebat. Nā ut Festꝰ ait Cœna uocabat qd nūc est prādiū. uespna quam nūc cœnam appellamus. Quod conuiuiū non nisi aduentante nocte inibant prisci.

Vespa animal paruum uolatile api simile. ꝙ uesperi muscas uenetur in cibo.

Vespasianꝰ nomen iperatoris romani de quo Dion ita scribit ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς ἀρχὴν ἔσχε τὰ μὲν ἀπ' αὐτοῦ πρότερον ἐλάσσω ἐγένετο καὶ ὥφθη νῦν μὲν μείζονα μετ' ἐνίων τὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμενος οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς εἰς τὰ μέγιστα καὶ ἄλλοι ἤρτήντο.

Vespillo. uilis cadauerū funerator. ꝙ uespertino tempore mortuos efferre soleret q funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Vnde & funera a funalib⁹ dicti autumāt Do. quia noctu efferebantur ob sacrorum celebrationem diurnam. Mar. Qui fuerat medicus nunc est uespillo diaulus.

Vespertilio incertæ naturæ est Volat. n. pēnitis alis sed inter uolantia non est habend⁹. ꝙ quattuor pedib⁹ gradituri formatq pullos parit & nutrit: lactē quos generat. Dictus uespertilio ꝙ uespere se aduolatum proferat noctis. Ambro. Vespertilio. animal ignobile a uespere nomen accepit est autē uolstilis eademq quadrupes & dentibus utitur quos in aliis repetire non solemus. Parit ut quadrupedia non oua sed pullos niuentes. Volitat in serte autum more sed crepusculo uespertino consuescit effundi non aliquo uolatu pinarum sed membranæ suæ fulta remigio quo suspensa uelut pinnarum uolatu circunfertur atq uegetatur. Var. Factus sum uespertilio nec in moribus plane nec in uoluerubus sum.

Vesulus. pe. cor. mons liguriæ iuxta alpes iter cæteros clarissimus ex cuius radicib⁹ padus erumpit.

Vesuuius pen. pro. mons iuxta Sarnum fluuium non longe a neapoli bonitate nimi celebratus qui semper emittit fumum & ignes sicut ætnus in sicilia. hic mōs amoenissimis olim habitatus agris excelso pro uertice. qui ut ait. Stra. libro quinto cineroſus est & cauernosus petris exustis quas color indicat igni abrosas fuisse. Virgilius. li. secūdo. Ge. Et uicina uesuuo ora iugo. hic ut quidam uolunt dictus est Vesuuius & per syncopam uesuus appellatur a conflagratione. Nam uesuiæ familiæ dicuntur Qui Tito imperante ruptus in uertice tantum emisit incendii ut regiones uicinas incēderet Alii sicut Ser. dicūt Vesuuiū esse montem campaniæ. Vesuuum uero liguriæ sub montibus De hoc Vesuuino. Mar. li. iiii. hic est pampineis nimbis uesuuius umbris. Et subdit. Cuncta tacent flāmis & tristi mersa fauilla. nec superi uellent hoc licuisse sibi

Vestigiū pedis impressio. i. signum qd a pede relinquitur. Virg. lib. iii. Ge. Et gradiēs ims uertit uestigia cauda. Ponit quandoq pro extrema parte pedis.

Idem lib. v. Vestigia prima alba pedis frontemq; ostentans arduus albam. Per translationem ponit pro quocũq; rei gestæ iudicio seu signo. Leo papa. Vt sicut omnibus profuit q̃ post resurrectionem domini nestigia uulnerum in carne eius Thomæ apostoli exploranit manus. ita ad nostram utilitatem. proficeret q̃ infantiam ipsius magorum p̃bauit aspectus.

Vestigo. as. pe. pro. quæro quasi uestigia ĩdago a uestigiis tanq̃ iudiciis dictũ. Ci. li. iii. de ora. Ipa tractatio & q̃stio quotidie ex se gignit aliquid qđ cũ desidiosa delectatione nestiges. Huius composita sunt. Inuestigo. & peruestigo q̃ significant quæ rendo inuenio.

Vestini populi italiæ inter Manricinos sabinosq;. apud quos olim fiebant casei laudati. Mar. Si sine carne uoles ientacula sumere frugi. hæc tibi uestino de grege massa uenit.

Veter. senex adiectiũ triũ generũ. Enn. Cũ ueter occubuit priamus sub marte pelasgo. Hic Veterior & neterrimus. Plau. in bac. Senẽ tibi dedo illũ uetteriorem lepide ut lenitũ reddas. Trebo. Ciceroni. p̃ nostro neterrimo nemissimoq; amore.

Vetus. q dam dici putant. quasi uietus. hoc ẽ sine ui ætas enim debilitat uires. Alii a ne ualde & ætas. Et plærũq; ad laudem. Vnde dicimus. Apud ueteres. eos uz. auctoritatis plenos significantes. Interdũ ad uituperationem refert. Ter. in an. Sed quid maliuoli neteris poetæ maledictis mideat. Et ẽ generis omnis cui⁹ diminutiũ est. Vetulus.

Vetustus. a. um. idem qđ uet⁹. Liui. li. i. Posse quidẽ se uetusto iure agere. Hinc Vetustas antiqtas.

Vetusteſco. uet⁹ fio. Col. li. i. Aporhecæ recte suppoñent his locis unde plærũq; fumus exoritur cũ uina celerius uetusteſcũt q̃ fumi quodaz genere p̃coquem maturitatem trahũt.

Vetereſco. idem qđ uetusteſco. Col. li. ii. Aptior tamẽ est furculis hominis urina quã sex mensib⁹ passus uetereſcere si uitib⁹ aut pomoꝛ arborib⁹ adhibeas. Hinc compoñit inueteresco. qđ est ualde uet⁹ fio. seu ualde in consuetudinem uenio. Nigidius dſiaz ponit inter Vetusteſcere & neteresco. q̃ quæ uetustate deteriora fiũt uetusteſcere dicant. Vetereſcere. q̃ meliora. Sed Col. li. vii. docet uetereſcere sine Inueteresco non semper in meli⁹ dici. Sed si iaz inqt inueteravit morb⁹ nehementiorib⁹ est op⁹ remediis. Sed de Inuetero supra habitum est.

Vetero. as. uet⁹ reddo. aqno Vetereſco. ubi. a mutat in. e. Et compositũ. Inuetero aquo Inueteresco.

Veterator. auctore. Donato est homo astutia uet⁹ & in omni re callidus a multaꝛ rerũ gerendarũ uetustate. Est autem nomen uerbale quod a netero & a neteresco nemire posse uidetur cũ in passiua significatione positũ ẽ a neteresco p̃ ueterarus accipiat. quasi senex fact⁹ ut Vip. Præcipiũt ædiles ne uterator p̃ nouicio. uæneat. Veterator nero a netero idem est qđ deceptor quasi uulpes q̃uis p̃ neteratore in astutia etiam sumi possit. ut est illud Ter. ĩ an. Quid hic uult ueterator sibi?

Veteranus q̃nq; neterem significat. uñ ueterana mũcipia quæ a nouicliis destigũtur. Veterana quæ ab no coutinuo seruiuerũt in urbe. Nouicia intelligẽtur quæ ãno nondũ seruierũt. Aliquando Legionariũ uel eũ qui honeste aliquando militauit & ni est a militia absolut⁹.

Veteraneus. a. um. qđ est uet⁹. Col. Si sint neteranez uineæ ut seperatos sulcorum cuiuſq; generis p̃singulos hortos inseremus.

Veterina animalia dicũtur ad uecturam idonea quæ aliquid uehere possunt quasi ueterina q̃ sed ueterem onus religatũ gerant. Ply. Vngulæ ueterino tñ generi renascũtur.

Veterinarius qui ueterinorũ curam gerit & veterina ducit qui apud nos consueuit etiam illa locauda domi nutricare ad quæstum Vnde equos mulos asinos meritorios uocitamus. Col. Nam & amator reperitur aliquis bonus & optimus fossor aut forni sector nec min⁹ arborator & uinitorium etiaz ueterinarius & prob⁹ pastor. Et Veterinarii medici sũt ueterinorum. hos nunc uulgus Mereſcalcos appellat. Col. li. vii. Solent etiam fastidia cibo afferre uitiosa incrementa linguæ quas ranas veterinarii uocant.

Veterinarius. a um. quod ad ueterinariũ p̃tin. Colli. viii. Quare neterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister.

Veteramentarius sutor calcearius qui ueteres calceos reficit. Eaq; forma dicitur ueteramentar⁹ qua ab armento armentarius. a ferramento ferramentarius. Suet. de Vitelio. Cassius severus nec minus alii eundem & sutorem ueteramentarium prodiderunt.

Vetuloniũ seu Vetulonia locus in etruria.

Veternus: morbus ex nimio ocio perpetuum somnũ inducens. Hunc Auicena & medici recentiores in betum siue subetiam Græci lethargum nominant Et quia hic morbus pigros homines facit & ad negocia inutiles quemadmodum senectus: Ideo veternus quandoq; pro pigricia ponitur. Virgil. libro primo. Ge. Nec torpere graui passus sua regna veterno. Quandoq; pro nimia dormitione. Plyni. Primis. diebus bis septenis tam graui somno ursi p̃muntur ut ne uulneribus quidem excitari queant: tunc mirum immodum uetemo pinguescunt. Hinc. Veternosus qui graui premitur somno. Cato uero veternosum appellat hydropicum cum inquit. Veternosus quam plurimum bibat. tũ plurimũ sitit. Ter. Eunuchũ veternosũ. qs segnis ẽ quasi veternũ patiat.

Veto. as. aui. atum. & Veto. uetis. tui uetitum. p̃correpta significat prohibeo. & nequid fiat impero Vnde in actibus apostolicis. Verati sunt a ipsi tũ sancto loqui uerbum dei in asia. Sed i raro usu est talis locutio. Liui. libro secundo Illi uicti ira ne tuere reddi. Ouidi. Nitimur inuetitum semper cupimusq; nẽgata.

Vexo. as. agito molesto perturbo: & huc illuc q̃ distraho. Tractum ab eo quod est uehо inquo inest iam uis qnædam alieni arbitrii. Non. a. sui potens est & uehit. uexare autẽ ui: atq; motu ꝓpe dubio.

uastiore est. Nam qui huc illuc trahit. hic uexari proprie dicitur: sicut taxare pressius crebriusq; tangere. Iactare multo fusius largiusq; iacere. Quassare etiã q quarere grauius uiolentiusq. Virgil. Candida succinctam latrantib⁹ inguina monstris dulichias uexasse rates. Lact. d ira. Et iusti ab iniustis ipune uexant. Huius cõposita sũt. Deuexo ualde uexo. Diuexo uarie uexo. Lact. lib. vii. Vt si forte tñ fuerint boni ꝓdæ sint sceleratis ac diuexẽtur undiq; ab iniustis.

Vexillũ quasi parũ uelum. & accipit ꝓ signo quo ĩ exercitu aut classe impareres utunt. Vñ uexillifer.

Vexillarius q uexillũ defert. Liui. li. viii. Ordo sexagenos milites. duos cẽturiones: uexillariũ unũ hẽt

V fens: fluui⁹ q labit pro pontinaꝰ paludes qui etiã Ausentũ agbusdam dr.

Via dimidi⁹ actus qua põt ire uehiculũ. Via inquit Paul. constitui uel latior octo pedib⁹: uel ãgustior põt. ut tñ eam latitudinem habeat qua uehiculum ire põt alioqn iter non uia. Abusiue transumit pro oi loco per quem habere iter oib⁹ licet. Ply. Cum te de uia uocassem. Aliqñ sumit ꝓ ipso actu eũdi. Ci. Cũq; de uia languerem & mihi met displicerez Aliqñ pro ratione. Virg. Inueni germana uiã gratare sorori. Aliqñ pro consuetudine. Ter. Sed uia peruulgata patrũ quotidie accusabam. Dicta uia ab eũdo quasi ua. q per eaz eat: uel a uehẽdo quasi ueha. q per eam fruct⁹ ad uillã uehunt: uel ꝓ quã uehiculũ ire potest. A uia fiũ Adiectiua Anius Inius. obui⁹. dubi⁹. pui⁹. ꝑui⁹. deui⁹. biui⁹. triuius. q̃driui⁹. Semita quasi semis uia. i. angustior uia.

Viam facere est locũ ubi non erat uia apire. Viã munire est reficere expurgare. Interdũ lapidib⁹ sternere: Quod proprie Sternere uiam dicim⁹. Cic. Ideo ne Appi⁹ ille cæcus uiã muniuit: nõ quã populus uteret sed qua posset sui latrocinarent. Hoc ẽt uerbo: per translationem utimur de corporeis ad incorporea. Quintil. Propterea q plurimi auctores q̃is eo dẽ tenderent diuersas tamen uias munierũt: & in suam q̃q induxit sequentes.

Viator. q uiat hoc ẽ iter facit. Ambr. Est bonus uiator qui dispendium regressionis reliqui itineris cõpendiosa celeritate compensat. Et uiatores dicebãtur qui magistratib⁹ parebant. eo q plærũq; euocabantur ex agris homines ad magistratus i& frequens eoz ab agris ad urbem uia erat. Col. i ꝑfa. Illis temporib⁹ proceres in agris morabant. & cũ consiliũ publicũ desyderaba: a uillis arcessebant in senatũ ex quo qui eos arcessebãt uiatores noiati st

Vio. as. aui. atũ sigt iter facio. Vnde Viator. q uiat.

Viatorius. a. um. quod ad uiam pertinet. Vn uiatoriũ uas quo iter agentes ferendi potus gratia utunt. Ply. Vasa uiatoria ex taxo uinis in gallia mortisera fuisse compertũ est.

Viaticũ dr quicqd iter agendi causa necessariũ est sine cib⁹ sit: siue pecunia aduictũ expendenda græce ἐφόδιον. dr. Plau. in cap. Sequere me uiaticũ utdem a trapezita tibi. Aliquando capit pro facultate seu apparatu. Q. Claud in ãnalib⁹. Simul forma factis eloquentia dignitate acrimonia confidentia pariter ꝓcellebant. ut facille itelligeret magnũ uiaticũ. idest magna facultas: magnus apparatus. Huius diminutiuũ est Viaticulũ. Apul. li. vii. de asy. Viaticulũ mihi coctasi.

Viaticor. aris. uiaticũ paro. Plau. in Menæ. Viaticati hercle æstiue sumus.

Vibex. icis. pe. p. signũ uerberis in humano corpore remanens q ui fiat. Ply. li. xxx. Verbex uulnera atq; uibices pellib⁹ ouiũ recentib⁹ impositis obiit terãt. Persi⁹. Si puteal multa caur⁹ uibice flagellas

Vibii populi traus rhenũ quos uolũtatios agrippa: ĩ citeriorẽ ripam traustulit.

Vibro. as. mouco. & quasi ui agito. Virg. Sibila lãbebãt linguis uibrantib⁹ ora: Per transtationẽ Vibrare significat uocem incantando crispare.

Vibrissæ. seu uibrissi. sunt pili inarib⁹ hominum q̃ his euulsis caput uibret.

Vicem. & in ablatiuo uice solũ in singulari. In plurali hẽt omnes casus: Dictæ sũt uices ut q daz aiũt aui quod ueteres pro puguis usurpabãt. qñ peruicissitudinem pugnet. Plau. Vices eius memorat & cicatrices denudat. Item pro pœnis & icõmodis. q ui fiant. Hor. li. i. car. Viceq; superbæ te mane antipsum. Quoniam uero per uicissitudinem pugnari solet: factũ est ut uices pro alternatio capiamus. Interdum pro periculo. Virg. Nec tela nec ullas uitauisse uices danaum. Quandoq; pro loco. Hor. Vtar uice cotis acutũ reddere quæ ferrũ ualet exors ipsa secandi.

Vicissim: aduerbiũ significat per uices siue alternatiz ut Vicissim incumbãt oneri ideſt modo unus modo alius incumbit oneri. Virg. Nos tum quocũq; modo tibi nſa uicissim dicemus. Quod uernacula lingua dicimus. La uolta nostra. Quandoq; significat ſcdo loco. siue e contrario. Ci. i Læl. Sz ego ad miratione quadam uirtutis eius ille uicissim opinione fortasse non nulla quam de morib⁹ meis habebat me dilexit. Plau. in Cur. pro etiaz siue ut ita dicam respondẽret posuit. Sz cũ adhuc naso odos est obsecutus meo: da uicissim meo gutturi gaudiũ Similiter. Ci. Apio pul. Hoc ego meo facto delector. Nihil enim potuit fieri amantius: consydera núc uicissim tuum.

Vicissatim: per uices. Plau. in pe. Ad argumentum núc uicissatim uolo remigrare.

Vicissitudo alternatio. Cic. Lucceio. Nihil est aptius ad delectationem lectoris q̃ temporum uarietas: fortunæ uicissitudines. Item significat responsionem quod uulgo dicitur Contracambium. Amb. Et pro hoc opere quasi uicissitudinem adeo postulans adiecit. Tu autem domine ne elonges &cet. Dicitur etiam Vicissitas. Actius. Vicissitatemq; ĩ putandi tradit.

Vicarius. uicaria uicarium: quod uicem aliculus gerit. Quintilia. Vicariam ei operam impendi: Cice. Vicaria solutio terum creditaz idest uicẽ reddens.

Vicia genus grani a uinciẽdo dicta q capsulos habeat ut uitis quibus furium uoesum serpit. Et enim scapum lupini: aliumue calamum adquem hæreat id solet uincire. Vel dr a græco: quod illi βίκιον

neu.genere.Ply.li.xviii.Naſcunt in uicia cochleæ minutæ erodentes eam.

Viciarius.a.um.qd ad Viciam pertinet.ut crebrum uiciariũ apd.Col.li.ix.Idẽ.li.xii.ſ̃bm poſuit cum ait.hoc eodẽ tp̃re ſtercoris ps ĩ prata egerida pars oleis inſpgenda:tũ ẽt uitiaria diligenter facienda.

Vic⁹ ps urbiſ ẽ q ex multiplicatis domib⁹ fit: & ex plurib⁹ uicis urbs conſtat.Diuidit.n. urbs ĩ uicos quaſi ĩmẽbra minora.In oppido uic⁹.a uia ut inqt.Var.q dextra pte uiæ ædificia: In urbe fiũt uici cõnexis & cohærentib⁹ ædificiis.Vñ romæ Vicus cypri⁹.Vicus afric⁹ iuicus ſceleratꝰ noiati.Vic⁹ q exitũ nõ hẽt angiportus dr.Et hic uic⁹ urbanus appellat.Eſt etiam uic⁹ pagan⁹ ſi plures ſimul uſiæ q̃ pagi dñt.hoc ẽ plutes ruſticanæ dom⁹ conuictæ ſint & aliquo ſpatio remotæ ab urbe dũ mõ nõ ſint clauſæ mœnib⁹ q a tũc caſtella uocarentur Huius diminutiuũ eſt. Viculus & accipit p pagis & ruſticãis domib⁹.Hiero.ĩ pentate Cœperũt uiculos & poſſederũt habitatores.

Vicam.pe.p.dñr q uicos habitant.

Vicin⁹ q eũdẽ colit locũ.& qui prope domũ noſtraꝫ habitat.

Vicinitas uicinoꝝ ppinquitas.& aliqñ uicinorum multitudo ut laudãda ẽ uel poti⁹ amãda uicinitas

Vicia loc⁹ uicinus:ſeu ipſa uicinitas.Aug.li.x.ciu.dei.Id aiaduerſũ ẽ ab eis q aderãt q̃ uis ĩ mortis uicinia curioſiſſime attẽtis utꝝ ne pñus turbaretur Amb.Splẽ cũ iecore hẽt uiciniam fructuoſaꝫ.

Viciniũ idẽ qd Vicinia.Hiero.Veni ad uicinia tertæ ſãctæ.Aug.li.xviii.ci.dei Hoc aũt diluniũ neq̃ q̃ ad ægyptũ:neq; ad eius uicinia peruenit.

Vicatim aduerbiũ ſigt p uarios uicos.Ply.Meſopotamia tota aſſyrioꝝ fuit uicatim diſpſa ꝑter babylona & ninum.

Victima.pe.cor.q̃ poſt uictoriã dextra uictrice ĩmolabat.Ouid.Victima q̃ dextra cecidit uictrice uocat.Vel dicta ẽ q uincta ad aras ducebat.

Victimari⁹ q uictimas emebat ut uænderet. Plyni. Vñ uictimarii negociatores uili mãcipio.

Victito.as.pe.cor.nõ ẽ frequentatiuũ.Nõ.n.ſignificat freq̃nter uiuo.ſed ueſcor.& q̃ſi uictu utor:ut ſarmatæ lacte uictitãt.Fit a uicto.as.frequẽtatiuo

Victus.us.a uiuo.ſigt genus nitæ ẽt quantũ ad mores.Vlp.de uer.ſig.Victuſ uerbo cõtinet q̃ eſui poti cultuiq corporis quæq; aduiuendũ hoĩ ſũt ne ceſſaria.Aquo cõuict⁹ ſimul uict⁹.cũ plures ſimul uiuũt.Vict⁹.a.um.pricipiũ a Vinco.is.ut põpei⁹ uict⁹ ẽ a Cæſare.Cui⁹ cõtrariũ ẽ Inuict⁹ p forti q uinci non poteſt.Aliqñ dr impos uoti.Nã quomõ victores dicim⁹ uoti cõpotes.q qcqd uolunt faciũt.ſic victos uoti ĩpotes q nõ poſſunt facere. qd uolũt.Virg.Veteres migrate coloni nũc victi

Victualia dñt ea q̃ aduictum pertinent. (triſtes. Ambr.de apib⁹.Cernas oẽs certate demunerei alias ĩnigilare q̃rendo uictualia alias ſolicitũ caſtris adhibere cuſtodiã.

victus⁹ & a uiuo.& a uĩco pticipiũ eſt.Sal. Pyrrhuſ Vne rex an.M.Curi⁹ plio victus⁹ eſſet.Cic. Nemo ẽ tã ſenex q ſe ãnũ non putet uicturum

Victor q uicit.Eſt & ppriũ nomen.Victoriol⁹ uincere aſſuetus.

Victoriatus.gñs nũmi argentei q uictoriæ notã ſignat⁹ eſſet.Qui lege Cloclia percuſſus eſt.

Victric⁹ pe.cor.ẽ uir mꝛis ex alio uiro natis q priuigni nocant.Nã Victric⁹ & priuignus inter ſe oppoñũtur:ut inqt Modeſti.Sue.Victrico.nero matrio philippo conſulari multũ diſſuadente.

Video.es.uidi uiſũ.Quod & uido.is.dr priuet ad oculos.Virg.Quæq; ipſe miſerrima uidi & quoꝝ pars magna fui.q̃q; adducitur uideo oculis meis Virgil⁹ aut qb⁹ hæc oculis aſpicis iſta legẽ ſic ẽt gẽs unde illud habrahæ καὶ ἀναβλέψας ὁ Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδεν καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τοῖς κέρασιν ἐν φυτῷ σαρὶν ἔ ἀπελθὼν ὁ Ἀβραὰμ ἔλαβε τὸν κριὸν Trãſfert ẽt ad ainm. Ouid. Video meliora ꝓboq:deteriora ſaquor.Vñ prophæ appellabant uidentes qa uidebant cũ quæ cæteri nõ uidebant.Reuela inqt dauid oculos meos & cõſyderabo mirabilia de lege tua.Vimur quoq; hoc uerbo ẽt in cæteris ſenſib⁹.cũ eos ad cognoſcendã intendim⁹.Neq;.n.dicim⁹.Audi qd uidẽs: aut olfac q̃ niteat:aut guſta q̃ ſplẽdeat.aut palpa q̃ fulgeat.Videri enim dñr hæc oia.Dicim⁹ aũt nõ ſolũ uide qd luceat.qd ſoli oculi ſẽtire pñt.ſed & uide qd ſonet.nide qd oleat:uide qd ſapiat. uide q̃ durũ ſit.Ideoq; generalis expientia ſenſuũ cõcupiſcentia oculorũ uocat.qa uidendi offĩ iquo prima tũ oculi tenent ẽt cæteris ſenſib⁹ ſibi de ſimilitudine uſurpãt cũ aliqd cognitionis explorant inquit. Aug.li.x.cõ.Vñ dicim⁹ hoc uerbũ trãſferri ad animũ.ac qñq; poni p cauẽte curate prouidẽ cõſyderare.Ter.Vide quo me idducas.i.aĩaduerte & conſydera. Plau. Tu domi uidebis ideſt parabis.Dicimus etiam Vide tibi ideſt prouide.Terẽ.in phor. Recte mihi uidiſſem.& ſenex eſſem ultus iracũdiam.Hui⁹ uerbi compoſita ſunt Circũuideo.Vnde & circũuiſo.Plau.in am.Sed angues oculis omnes circumſere.Euideo.clare & exꝑte uideo aquo Euidens.Euidenter quæ infrequentiori aſu ſunt. Præuideo ante uideo.Prouideo.peruideo.perfecte uideo.Hiero.Peruides igit.q; non ſolũ in caſa ſed & in ſepulturis & ĩ cõnubiis & ĩ oi converſatione unaq̃q; gens ſuo ritu uictitet. Trãſuideo aliqmd per corpuſ perſpicuum.uideo.Inuideo.Auideo ſit niſo.aquo fit uiſito.frequentatiuũ.Eſt & Videor. depo.ut tu mihi uideris uir prob⁹.

Vide qd agas prouerbiale quod ſolet dici his q magna aggrediũtur.

Vidiſti multũ hoc eſt.fuiſti multũ cautꝰ.

Viderit Epicurus ideſt uideat.hoc eſt huius rei illi cura ſit:uel huius opinionis rationem reddat:non ego.Sic accipienda ſunt. Tu uideris:uos uideritis. Illi uiderint modus loquẽdi minatorius.

Videlicet aduerbium confirmandi quaſi uidere licet Teren.in adel.Videlicet hoc audiuit.hoc eſt certe hãc audiuit.Sal.Vos de patricidii qd ſtamus cũ ſtamini. Videlicet cætera uita illiuſ hunc ſceleri ſtatꝰ uerũ pcite dignitati lentuli.

Vidua dicta est quasi ualde idua ab idus. q mensem diuidit hoc est a uiro diuisa hic Viduare diuidere.
Viduo.as. diuido seu priuo. Hiero. cõtra Ioui. Põr. n. accidere ut anus primo marito in extrema senectute uiduet. Viduus priuat⁹ diuisus Hor. lib. car. Voce dã teret uiduus pharetra risit apollo. Ci. li. 2 tus. sic me ipe uidu⁹ pestes excipio á xias. i. priuat⁹
Viduertas apd Catonem calamitas dr.
Vieo. uies. uiesi uietum penultima indifferente. Horatius in epo. Quis sudor uietis & quaꝫ malus undiq; mẽbris creicit odor. Est ãt uiere ligare ista ere qa uietis uirgis ligare possum⁹ qdlibet. Vnd Vietus mollis languidus flexibilis sine ui. Var. de oporotheciis. Ne cũ hũorem amiserit ptinaci uẽro maia uieta fiãt. i. flexa & obliqua facta. Plau. i me næ. Viden tu illi oculos uiere ut uiridis exorit⁹ color. i. obliquũ flectere. Vnde Vietos totaꝫ cãtus & ligna contorta.
Vietores qui uasa uinaria religant stipantq;.
Vigeo. es. gui. uiuo sine potẽs aut ĩ uigore sũ. Lact. li. vii. Quid de deo nõ facile est cõprehendere. qũo uigeat sine corpore. Ci. li. i. tus. Multaq; sæcula postea sic uiguit pythagoræoꝫ nomẽ ut nulli alii docti uiderentur.
Vigor: firmitas robur.
Vigesimus. a. um. fit a uiginti. ut uigesim⁹ ãus ẽ ex quo ifis operã dedi.
Vigesima. æ. tributũ seu exactio. sicut decima. Vigesimarũ aurũ a Liuio dr qd ex uigesimis exigebat.
Vigiliæ nocturnæ sũt excubiæ diurnæ partes & nocturnæ. Hiero. i Ser. ad ffes. hæc & huiusmõi tãta uc talia iõ fãcti illi cecinerũt & scripta teliq̃runt ut nos eoꝫ posteri parib⁹ excitaremur exẽplis ad celebrãdas ẽt noctibus salutis nstæ excubias. Scien dũ uigilias militares ĩ quaterna horaꝫ sparia dividi ita ut. prima secũda tertia & quarta uigilia dicatur. Cæsar. Vbi p exploratores cæsar certior factus ẽ tres iam ptes copiaꝫ heluetios id flumẽ traduxisse q̃traq; fere ptez citra flumen ararim relictã eẽ. de tertia uigilia cũ legionibus tribus ex castris pfect⁹ ad eã ptem puenit q̃ nondũ flumen trãsierat. Interdũ uigiliæ. dñr ipi custodes q uigilant. Sal. Er ab incendio intelligebat urbez uigiliis munitam. Interdũ uocantur profesti dies q uigilare ante diem festũ mos est in sacrificiis faciendis. & sacris hymnis cantandis.
Vigil dr qui non est torpens quales sũt dormientes sed q in uigore suo ẽ. aquo puigil q assidue uigilat. & q diligens & industrius est. Et uigil nocturnus custos q & excubitor dr aquo pfectus nigtiuꝫ uocatus est.
Vigilo. as. non dormio p translationem diligenter audio. Iuue. Sed uigilat cõsul: Ité uigilare est studiũ & dilligentiam adhibere. Vnde Inuigilare est alicui rei incũbere. E uigilare expergisci & ad aliqd agendũ intentũ esse. Peruigilare ad finem uigilare. Aduigilare iuxta uigilare solicitare cogitareue. Ter. in an. Nã satis credo si aduigilaueris ex unis mihi geminas conficies nuptias. Hinc Vigilantia q plæriq; pro diligentia ponit. Idem in adel. Vigilantiam tuam mihi narras.
Villa domus extra urbem casa uillatica & suburbia q̃ habitandi causa constituta est. Domus proprie in urbe est. Ply. Modus hic probatur. ut neq; fundus uilla. neq; uilla fũdũ quærat. Cic. lib. i. de ora. Quio tu igit facis idem quod faceres si in aliquaꝫ domũ plenam ornamentoꝝ uel in uillã uenisses. hæc pœnoꝝ lingua Magar appellat. Vnde uillæ Magalia appellantur. Dicta uilla a uehendo quasi uehilla q in eam fructus conuehebant ex agris. Cuius diminutiuũ est uillula.
Villic⁹. pe. co. pprie uillæ gubernator. uel q pest pagi & totius rei rusticæ curæ. Vnde a uilla uillicus nomen accepit. Var. li. i. de re rus. Villicus agri colendi cã constitutus atq; appellat⁹ a uilla q ab eo in eam cõuehuntur fructus & uehũtur cũ uæneunt aquo rustici etiam nunc quoq; uiam uehã appellant pp necturas: & uellam noo uilla quo uehuot & unde uehunt. Oeconomus autẽ tam pecuniæ q̃ frugũ & omnium q̃ dominus possidet dispensator est. Ponit tamen quandoq; uilic⁹ pro rustico agricultore. Hor. Villice syluarũ & mihi me reddentis agelli. Col. li. xii Villicus semper caueat ne iprouidus ab opere uincatur. Res est agrestis insidiosissima cũctanti.
Villico. as. & uillicor. depo. significat rusticor. põpo. Ego rus eo ut aliquot diebus uillicer. Ter. in ecy. Hic uillicor ante urbem. Aliquando uillicari ẽ uillæ pesse. Pompo. Longe ab urbe uillicare quo hierus rarenter uenit: non uillicari sed dominari mea est sententia. Hinc uillicatio ipsa rustica negocia tio uel uillæ dispensatio. ut in euphonio Redde ratione uillicationis tuæ.
Villancus. a. um quod ad uillam pertinet. Vnde uillatica pastio dr alimentũ quod pertinet ad animalia muta q̃ ruri nutriũtur. ut puta pecudes aues pisces. Sic dr uillaticus canis q in uilla tenet.
Vilianus qui in uilla habitat. Vnde &. feminillanus semirusticus.
Villaris. & hoc uillare. sicut uillaticus. Ply. li. x. Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ouo excutiõq; se se.
Vile adiectiuũ. quod quidam a uilla deducunt una littera abiecta: q omnia in uilla uiliora sint q̃ i urbe: deist minori ptio uændatur. Vile. o. proprie dicitur quod parum ualet. Cuius contrarium est carum. Ponit interdum pro abundati. quia oẽ quod plurimum abũdat uile est: deist paruo ptio uæundit. Virg. li. i. Ge. Si uero niciam ferat uilẽq; fabellum.
Vileo. es. uillis sum. aquo Vilesco. uilis fio. Angu. Ipse est deus qui per uniuersam creaturam quotidiana miracula facit. quæ hominibus non facilitate sed assiduitate uilluerũt: deist uilia facta fuerũt
Vilito. as. pe. cor. nila facio. Turpil. Et q̃rat tua uitia q̃ te uilitant.
Villus pilus. Mat. Calfaciunt uilli pallia nfa mel.
Villum diminutiuũ a uilũ: sicut ullus ab un⁹.
Vimen omne uirgultum molle & adligandũ aptuꝫ: quasi uiuicmen. Colume. Nec refert cuius generis uimen seras dum sit lentissimum. Plynius. Et aliæ

arbores uirgas sequaces adiuncturas sentitiæ aliæ prætenues nimiinibus texendis spectabili subtilitate. Fiũt autem uimia ex populoꝝ uirgis: ulmi: & sanguineoꝝ fruticũ. & betulæ & uitis & coryli i tot tæ. & salicis quæ principatũ obtinet. Hinc Vimineus. a. um. qđ ẽ ex uimine. ut Vasa uiminea

Vimiale qđ est ad ligãdũ aptũ. seu qđ pticț ad uimina. Plv. hæc ẽ uimialis cultura Vimialis collis dict⁹ ẽ romæ q ibi uiminũ sylua fuit. Vel a ioue uimineo q ibi aræ sint. aqua & Vimialis uia q̃ ad uimiale collem ducebat Eadem Numentana a numentano agro.

Vico. is. uici. uictũ supo. p trãslationẽ ponit p exprimo & q̃si difficultarẽ rei dicẽdo supo. Virgil. Nec sum animi dubius uerbis ea uincere magnum q̃ sit. Item pro animi compos fio Idem libro tertio. Geor. illũ uictor. Ego & tyrio conspectus inostro Cõposita hui⁹ uerbi sũt Cõuinco deuico. Euico & puico. Deriuata sũt. Victor. Victrix. victoria. uictoriosus & victima. Vincibilis & uici potest Col. li. iiii. Graue terrã uix ulla cultura uincibilẽ.

Vicio. is. xi. ctũ. cũ. n. añ. c. sigt ligo q̃si uim iniicio Vir. Pupureoq; alte suras uicit cothurno hui⁹ cõpo sita sũt. Deuicio uald. uicio. Ci. Maxia mecũ fami liaritate deuictus. Reuicio. Gel. Videbam⁹ andro clũ & Leonẽ loro tenui reuictũ urbe tota circũ ta/ (bernas ire.

Vicula & syncopen Vicla dñr liga/ mia. Col. li. iii. Salix hũida loca desyderat. genista ẽt sicca utræq; tũ circa uineã seruãt. cũ palmitibus idonea pbẽt uicula. Et p trãslationẽ dr Carcer in quo. noxii uincti seruantur.

Vinct⁹ ligatus & aliqñ captiuus dr. Vnde etiã qñq; p seruo sumit. Seneca. Qui unus erat e ninctis cæsaris mos libertate donat⁹ est.

Vindex pprie ultor iniuriæ. Et q alteri⁹ causã susci pit uidicãdũ: ut quos nũc pcuratores uocam⁹. Et uidex q se ex seruili cõditiõe i libertatẽ uindicat. a Vidicio seruo ex urbe Setia. q qñ cõiurationẽ deteducẽdo. Tarquio detexit liberatus est ut inquit Liuius. li. 3. Hinc & Vindiciæ dicũtur sententiæ q̃ i libertatem asserũt.

Vidico. as. pe. cor. pprie ulciscor. Vñ uidicta. Amb. Nõ ultiõem q̃rebat eo usq; ut dicẽti sibi Saruiæ filio q uidicare i eũ uoluit nõ pmisit. Et Vidicare ẽ ab iniuria cõtumeliaue aut dãno defẽdere liberare. Ci. Et ẽ seneca⁹ natura loquacior ne ab oĩb⁹ eã uitis uidear uidicare. Liui. li. iiii. A cui⁹ crudelitate uosmet ipis armis uidicastis. Item ptrahere & in libertatem asserere. Vnde Vidicta uirga qua serui libertate a ptore donabant.

Vidicta ulno aliqñ libertas: siue uirga q̃ serui libertate donabant. Nã faciẽdi liberi tres ptes sũt. Vna ut cẽsu liber fiat. Cẽsebãt. n. antiqt⁹ soli ciues ro. Sigs. n. Cõsentiẽte uel subẽte dño nomẽ detulisset icẽsũ: ciuis romanus fiebat & seruitutis uiculo soluebat. altera ps adipescẽdæ libertatis q̃ uidicta uocabat. f. uirgula quã ptor mãumittẽdi serui capiti imponẽs eũdẽ seruũ i libertatẽ uidicabat dicẽs q̃dam uerba solẽnia. Atq; iõ illa uirgulla Vidicta uocabatur. Terna ps faciẽdi liberi ẽ si qs supma uolũtate i testamẽti serie seruũ libeꝝ scripserit.

Videlicia puicia Europæ. ficuti a Prol. li. iii. scribit. Est ãt iter Rhetiã quã hẽt ab occasu & Noricũ ab oriẽte. Eã lyci⁹ amnis distermiat a rhetia. Enos flu uius diuidit a Norico. A septẽtriõe Dãubio terminat. A meridie alpib⁹ supra italiã extẽsis. Et⁹ ciuitas insignis fuit Augusta Videlica. uidelicos. uicit. Drus⁹ i cuius laudẽ cecinit Hor. Videre rhoeti bella sub alpib⁹ drusũ gerentem uindelici.

Viea loc⁹ uitib⁹ cõsit⁹ a uite multa uineæ: tria sũt gẽra. Iugata humi iecta & Arbustiua. Est Viea iustum bellicũ ex lignis cõpactũ latũ pedib⁹ octo: altũ septẽ: lõgũ sexdecim tectũ duplici ligno. craub⁹q cõtexit. latera quoq; uimie sepiũt ne saxoꝝ ac telorũ ipetu pfrigant. Extrinsecus ẽt ne cremẽt crudi ac recẽtib⁹ coriis iteguntur. Cũ plures fuerit ingũt ordine sub qb⁹ oppugnãtes tuti⁹ ad muros subrẽdos pu/

Viear⁹. a. um. qđ ẽ uineæ. uel qđ id ut/ (gnat. neã pticț Col. li. vi. Validã uitẽ i ramos deducet cẽ seo & traducib⁹ dispgere atq; durare. certoiq; una

Vnos colles pcipitare.

Vineaticus. a. um. qđ ad uinetã pinet ut falces uineaticæ. Var. Sic alia quoꝝ nõnulla generi spẽ hẽt plures. ut falces. Nã dñr uineaticæ opus ei fer. Colu. li. v. Ais unũ atq; alteꝝ rephẽdisse qppe semib⁹ uineaticis uimiã me profãdos censuisse fieri.

Vinealis. & hoc uineale qđ ẽ aptũ ad uinetã. Col. li. iiii. Sꝫ ne nũc p infinitas terrarũ spẽs exagemur nõ i tẽpestiue cõmemorabim⁹ Iulii Græcini cõscripti uelut formulã ad quã posita ẽ imitatio trã uinalis Vinũ. a ui dducit q ui iferameti. Et i pli hẽt uina & uinis. Ouid. Et uen⁹ & uinis: ignis i igni fuit. Mat. Resinatabibis uina falerna fugis. Quattuor ẽ pcipui sũt uini sapores: dulce acutũ: ieue & austerũ Prim⁹ noe uinũ iuẽit sicut sacræ testãt lẽ. Argutiles docẽt bacchũ uini reptorẽ fuisse. Prim⁹ uero italis saturn⁹ dedit e creta i latiũ aduect⁹. Vinum tortiuũ dr qđ nouissime exprssũ ẽ. ptopũ añq calcẽtur uuæ spõte defluẽs. Diminutiuũ uinũ ẽ Villum quod ẽt Vuellũ dr. uel uinũ ὑπόπικρον οἶνον.

Vinolentus. ebriosi⁹ uino ingurgitans.

Vinosus. q ad uinũ affect⁹ ẽ. Ply. ait Idcirco uinosos dici homes q soli animãlũ ũ sitiẽtes bibũt. Viosũ locus: ut idẽ auctor ẽ pprie ẽ moro pyro. myrto. Idẽ Inter mala pũica genera uinosa q̃dam appellat q̃ aluũ sistũr & stomachũ.

Vietũ locus ubi multitudo uitis consita ẽ hoc est ubi multæ uites: uel multæ uineæ sũt. Col. li. iiii. Cui uineta facere cordi est faciat uitianũ exquo possit aggr uicis uestire.

Viuitror. pe. cor. rusticus uineaꝝ cultor. Col. li. i. Serpandi sũt aratores a uinitorib⁹. Virg. li. ii. Ge. laꝫ canit extremos effect⁹ uinitor antes.

Vinari⁹ uini uæditor. Vñ Lãprid. scribit Alexandrũ romanũ impatorẽ constituisse corpora uinariorꝝ & caligariorꝝ & oio oĩum artiũ. Et apd. Pto. in asi. sarmõtio uinarii exerãbi: Suet. de Claudio Cũ de laniis aut uinariis ageret exclamauit i curia

Viari⁹. a. um. qđ ad uinũ pinet ut taberna uinaria uas uinariũ inqb⁹ aut uæditur aut tenetur uinum.

Hiero. in Ioſuæ. Tulerũt ſibi cibaria ſaccos uete-
res & utres uinarios.
Vinacea ſũt graue unæ iã ꝑſſæ. Col. li. ix. Vinacea q̃
uis tolerabiliter palcãe dari nõ debẽt niſi qb⁹ tꝑn
b⁹ ãni auis fœtũ nõ edit. Aug. Viua recõdet ĩ apo
theca uinacea uero pecorib⁹ piecit. Eſt & uinaceus
a. um. Ply. Legimus quẽdã grauo uinaceo ſuffoca
tũ. hoc eſt aciuo unæ.
Vinalia tam ſecũdæ q̃ quartæ decli. ꝑ die feſto quo
ueteres nouũ uinum ioui libabãt mẽſe aprili.
Vindemia quaſi uinidemia a uino demẽdo. Virg. li.
ii. Ge. Nõ eadẽ arboribꝫ pendet uindemia nſis Sẽ
q diſtinguãt iter Vindemiã & uidamias q̃ uide-
mia ſit totꝫ orbis generaliter. Vindemiæ ſingula-
riũ priũ ut plus ſignificet ſingulare q̃ plurale. Sicut
plus ẽ cũ dicim⁹ ꝑ tarã pluie q̃ ꝑ terras. Tũc enim
oẽ elamentũ ſignificam⁹. Trãſſerẽ qñq. & Vin-
mia ad alia. Ply. Pria mellis uidemia meliot. Col.
li. x. Mox uare trãſacto ſaq; mellis uidemia.
Vindemio. as. aquo uidemiator cui⁹ d ſyllaba corr.
metri cã. Hor. ĩ Ser. uidemiator & iuẽt⁹ cui ſæpe
niator. Ouid. uero. detraxit. a. ut de ſyllabã ꝓduce
ret. Ait. n. ĩ faſ. At nõ effugiet uidemitor hoc quo
q cãm. Sic. Col li. v. uidamitotib⁹ quoq; hæ ſe-
mitæ & iugũ pedamẽtaq; ſarrientib⁹ opportunã la
xitatẽ ꝓbent ꝓ quã uel fructus uel ſtatumia portẽt
Eſt autem uindemiator qui uindemiat. Et. Vinde
miator. ſiduſ. quod. tertio. nonas. Martii apparet
Vindemialis & hoc uidemiale. qd ad uidemiã ꝑti-
net. Aug. li. ix. cõ. Et opportũe iã pauciſſimi dies
ſup erãt ad uidemiales ferias & ſtatui tolerate illoſ
ut ſolẽniter abſcederẽ. Idẽ ſb̃m ꝓtulit Renũciaui
pactis uidemialib⁹ ut ſcholaſticis ſuis mediolanẽ
ſes uænditorem uerboꝝ aliũ ꝓuiderent.
Vindemiatori⁹. a. um. qd ad uidemiã ꝑtinet. Var. ni
hilomagis torcula uaſa uindemiatoria aut ſerias
oleanas ac trapetas.
Vinulus. pe. cor. molliter ſe gerens & minime uiril
ter qd faciens illecebroſus. Plau. Cõpellãdo blãdi
ter oſculando oratione uinula uenuſta.
Viniolus qui molliter ſe gerit & affœminate.
Violo. as. pe. cor. corrũpo poluo & q̃ſi uim ĩfero. qd
ꝓprie da uirgĩc dĩ. Aug. li. iii. cõ. Violaſ ipſa ſo-
cietas q̃ cũ deo eẽ nobis debet cũ eadẽ natura cui⁹
ille auctor ẽ libidĩs puerſitate polluiſ. hĩc Inuiola-
tus intemeratus.
Violentus qui uiz facit.
Violabilis q aptus eſt ut uiolaſ. & Inuiolabilis qui
non facile uiolari poteſt.
Viola q̃ſi mime uiolata ꝑ antiphraſin. uel q nõ uio
landa uel ab olẽdi ui uel ꝑ dimiutionẽ a gẽco. ἴον.
Violæ tria ſũt genera. Nã ẽ uiola purpurea q̃ no
mẽ gẽcũ tenet & appellr ἴον ἄνθος qd ẽ uiola flos
Vñ & ueſtis iãthia hũc eãdem qdã a calore bacæ
Vaciniũ dixerũti ut iqt. Apul. Scda ẽ lactea. tertia
ĩ coloris palliduli.
Violaria: loca ubi naſcũt uiolæ. Virg. li. 3. Ge. Irri-
guũ libãt uiolaria fontem.
Violaceus. a. um. idẽ qd purpureus q ĩ uiolæ colorẽ
tẽdit. Cor. nepos. Me luuene uiolacea purpurea ui-
Violari⁹. rii. dĩ uiolacei coloriſ infector. (gebat.
Violaris. & hoc uiolare. qd eſt coloris uiolæ. Plau.
Flãmari uiolari uaſte.
Vipera. pe. cor. ſerpentis gñs q ui periat nihil enim
attiuet ad hui⁹ dictiõis etymologiã pario nã de-
beret tũc dici uipara nõ aũt uipera da uipera uero
nicãdrus ita ſcribit appellans ipam echidnã q̃ tñ
dicit. ẽt echiſ uulgo dicũt maraſſũ uñ ait nicander
θολερῷ κυσὶ λοιγὸν ἰουλὸς ὀλὰξ ἀμφῦτα
κάρην ἀπὸ νῶτα δμηθέν ὀμεύμου δι᾽ὰ. πατρὸς
λύσιν μετὰ πίαρον ἀντίπαλον τυθοὶ γινόμε-
νοι ἐχίνης ἐπεὶ ἀμφὶς ἰὸς ἀραιὰς ἐσέβη πα-
ρεύσαντος ἀμείλιχτος ἐξεπάνυσθο. Nã corroſi
laterib⁹ exeũt pulli cũ mſis ĩterritu. Amb. li. hexa.
Vipa uaſſimũ gñs beſtiæ & ſup oĩa q̃ ſerpẽtini
ſũt generis aſturior. ubi coeũdi cupiditatẽ aſſũpſe-
rit mutenæ maritimæ notã ſibi requit copulã: uel
nouã ꝑpat ꝓgreſſaq; ad littus ſibilo taſtificata pri
tiã ſui ad cõiugalẽ amplexũ illã euocat. Muræna
ũt ĩuitata nõ deeſt uenenatæ ſerpẽti. expetitos uſ⁹
ſuæ ĩpertit cõiũctiõiſ. Atq; ubi aduẽtare uipa cõpa
rẽ ſẽſerit uenenũ euomit reuerẽtiã manto daſerens.
Hiero. uero ad ꝓſidiũ ſic ſcribit. Vipe ꝑ os coitũ fa
ciũt. maſculi mortã cõtẽnũt. ſz fœmia ĩſpo coitu ſi
ue magua duicedĩa exagitata: ſiue futuri ꝓſciẽs pi
cuſi dũ abſorbet ſem̃ caput maſculi excidit & ſic eã
occidit. Sz cũ cõcepit uiſcera illi⁹ ab ipſis quos cõ
capit comedũt: & ſic mſem occidũt. A uipa ſit ui-
piu⁹. a. uz. Ply. E uipina aarua fiũt Theriachi pa-
Vipiões ſũt mĩores grues: ſicut pipiões mi (ſtilli.
nores colũbi. Ply. li. 9. In balaarib⁹ ĩſulis ait ĩ ho
nore mẽſaꝝ eẽ uipiões. Sic. u. uocãt mĩorẽ gruem.
Vir. aui dĩ q ui hoc ẽ potẽtia ꝓſtet. Et mõ ĩſpcũ ætа
tis dĩ uit. Ply. qd nõ mõ ĩ puero: ſiua adoleſcẽta:
ſz ẽt ĩ uiro admiratiõe digniũ uideret. Mõ reſpcũ
ſexus: ut Eſt ne uir an mulier? Vñ ſemium dñt Eu
nuchi: & molles atq; affœmiati. Mõ reſpcũ cõiu-
gii ut Vuius uxoris uir. Nec ſolũ de hoĩb⁹ ſz ẽt d
bruris. Virg. Vir ggls ipe cap. Mõ reſpcũ fortitudi
nis. Vigæ. n. hoiez ꝓti excellẽtiq; aio nũcupam⁹.
Curti⁹. Exurgite inqt aliqñ ſi uiri eſtis atq; arma
capeſſite. A uir fiũt ſemiuir duũuir. triũuir ququir
ſeptẽuir. decẽuir. Cẽtũuir. leuir. Viripotẽs Vir illu
ſtris. uir deuot⁹. uirmagnific⁹. uirſpectabiliſ. q̃ oĩa
ſecũdũ. Priſ. iõ cõpoſita. accipiũt qa ſb̃ uno accẽ-
Virago. pe. p. mſr fortis q̃ uiro ſi (tu puũciãt.
milis ſiti & uirilia opa faciat.
Virilis & hõc uirile. pe. p. qd ẽ uiri: ut opus uirile.
Aliqñ dicitur fortis magnanimus: aquo. Viritaſ
& aduerbiũ Viriliter.
Virbi⁹ i Vir bis dict⁹. Quo noie dict⁹ ẽ hippolytus
theſei. & hippolytæ amazonis filius. Vide idictio
ne hippolytus.
Viripotẽs cũ accẽtu ĩ añpe. dĩ Virgo q̃ ãnos puber-
tatis exceſſit & q̃ iam uiæ ſuſtinere poteſt.
Viro. as. fortifico. aquo E uiro de quo ſupra.
Viritim aduerbiũ. ſigt per ſinguios uitos. Cato. Præ
da q̃ capta ẽ uiritim diuiſa. Dicit ẽt de uno uiri-
tim. Hor. ĩ epiſs. qd legeret tereretq; uiriti publi-
cẽ uſ⁹. Curti⁹. Sigſ uiriti dimicaſ uellet ꝓuocauit
Viritanius. ager qui uiritim populo diuidebatur.

Virosa mulier dr q uiri appetens est sicut mulieros⁹ uir mulieris appetēs. Et Virosi loci a Catone dñr q coitū uiri affectār. Et sic hēt pri. cote. Lucil. Vetulā atq; uirosā uxorē cædā poti⁹ q castrē egomet me. Ar Virosus. a. um. a uirus sit & hēt pe. p. significatq; qd ē mali odoris & qñq; qd ē mali saporis Virg. Virosaq; pōtus castorea. Cōstat. n. castoreū fœdi & execrādi odoris eē: adeo ut pgnātes odote eius eiciāt fœtū. Var. Rācidā carnē apposuit nobis & virosā. i. mali saporis pōt ēt dici Virosus p forti a uiribus.

Virgo. a uiridiori. i. ualidlori ætate appellata ē. Vñ & mres sæpe uirgies dñr. Virg. d pasiphæ q triū filioꝝ mr erat. Ah uirgo īfœlix q te dmētia cœpit? Núc uero uirgo generis. cō. & tā marē q fœminā sigt rei uenereæ exptē. sicut mulier a mollicie dr q ampli⁹ uirgo nō ē. Ci. Obiurgātib⁹ q sexagenari us popiliā uirginē duxisset. Cras mulier erit inqr. Vlp. Quod si ego me uirginē emer putarē cū esset mulier. emptio nō ualebit. ueteres ēt oē incorruptū & ītactū uirginē dixerūt. Ci. phia casta uerecūda i corrupta. uirgo. Et Aug. saliuā uirginē dixit q nō dū cibo potuq; corrupta fuit dicit. n. Quāta sit orā di dria iter uacuū uētrē & ffertū iter rubētē faciē & ora pallētia. ītet saliuam uirginē & labra crapulis dissoluta.

Virgūcula dimiutiuū: accipit pro parua puella & p parua uirga.

Virgineus. a. um. qd ē aut fuit ulrginis.

Virgialis & hoc uirgiale. qd est dignū uirgīe q nis & p uirgineo qñq; accipiat. Quale ē illd. De⁹ qui uirgialē aulā bēæ mariæ inq; hitares eligeī digna

Virt⁹ a uiro dicta ē & pprie fortitudinē (t⁹ es. sigt q uir maxie fortitudo sit: siue q uit fortis dr. Virg. Tūc pudor icēdit uires & cōscia uirt⁹ Lact. li. de opi. Vir'noiat⁹ ē. q ī eo maior uis ē q ī fœmia. Et hic uirt⁹ nomē accepit. Vñ cū uirē dicim⁹ nō tā sexū significam⁹ q robustū & fortē. Viri. n. ppria uirilitas ē & robur. Et tūc diffinit uirt⁹ q sit pferēdoꝝ maloꝝ fortis atq; iuicta patiētia. Quoniā aūt fortitudo cæteris uirtutib⁹ excellit i factū ē ut rectæ ai affectiōes uirtutes appellēt. Sic qcquid nitio cōtrariū ē uirt⁹ dr q sic diffiniri solet. Virtus ē affectio ai cōstās cōuēiēsq; laudabiles efficiēs eos inqb⁹ ē & ipsa pse se spōte sepata ēt utilitate laudabilis. Hor. Virtus ē uitiū fugere & sapīa prima. Aristoteles Virt⁹ ē hītus electiuus i mediocritate cōsistēs. Seneca Virtus nō aliud q recta rō ē Aug. li. iiii ci. dei Virt⁹ a uetenb⁹ diffinita est. Ars bene recteq; uiuēdi. Vnde ab eo qd græce ἀρετὴ dr uirtus nomē artis latios traduxisse putauerūt. Vie tutē antiq deā fecerūt. qnā Aug. nō esse deam sed donū dei assent. Lucil. de uirtute. Virt⁹ albiui ē pūtiū psoluere uetꝝ. Virtus ē hoī scire id qd q; habeat res. nirt⁹ scire hoī utile qd sit honestū. q bōa q malaīte qd ī utile turpe īhōestū. Virtus q tendæ finē rei scire modūq;. Virt⁹ diuitils pnū psoluere posse hostē eē atq; inimicū hoium morūq; maloꝝ. Cōtra defensorē hoium morūq; bonoꝝ hos magnificere his bene uelle his uiucre amicū. Com moda pterea patriæ sibi dria putare deīde pentum tertia iā postremaq; nra. Aliqñ uirtus dr uis illa q res cui⁹ ē uirt⁹ pfecta reddit. Ci. li. v. de fi. At q ī sēsib⁹ ē a sua cuiq; uirt⁹. Aliqū p ope & auxilio. Plau. Deū uirtute eūdē hospitio accipiā. Aliqñ p merito. Idē. Quæ ī pba ē mers ptiū ei pro uirtute ut ueniat.

Viriat⁹ maguaꝝ uiriū. Lucil. Cōtra flagitiū nescire bello uici abarbaro ulrlato ānibale. Et uiriat⁹ Lusitanoꝝ ducis nomē: q uir callliditatis acerrimæ fuit qppe q ex uenatore latro. exlatroue subito dux arq; impator factus romanos exercitus contriuit. sed tandem suorū fraude interfectus est. Hic Viriatiuū bellū dictū ē.

Viridis & hoc uiride a Vigore dr. Vnde dicim⁹ uirides plātas q nondū aruerūt & i uigore suo sūt. & qñ ī illis hibaceus color est. eū ēt colorē uiridē dicim⁹. Vnde. Virg. Tā senior sz tarda deo. niridisq; senectus.

Vireo. es. uitidis sum. Virg. li. vi. Quale solet syluis brumale frigore uiscū frōde uirere noua. Hinc Viresco uiridis fio. & sic primū cōpit. Sta. li. i. syl. exuit atq; alios meliot reuirescit i ānos. Hic ēt Euire seo qd ē siue uiriditate fio. Var. Atq; ex sanguinibus dolore euirescat colos. Interdū uirescere sigt maioꝝ uiriū fieri. Et sic pri. pducit ueriusī poematis. hic crescūt aī uirescit uulnere nitus.

